


Theodore
Besterman

(6)

C



DE PICTVRA PRAE
STANTISSIMA, ET NVNQ_VAM
satis laudata arte libri tres absolutissi
mi, Leonis Baptista de Albertis
uiri in omni scientiarum ge
nere, & præcipue ma
thematicarum di
sciplinarum do
ctissimi.



Iam primum in lucem editi.

B A S I L E A E

ANNO M. D. X L. MENSE
q. AVG VST O:
a.

100

100

LEONIS BAPTISTAE

DE ALBERTIS, LIB. PRIMVS,
RVDIMENTA.

DE PICTVRA his breuissimis commentarijs con scripturi, quò clarior nostra sit oratio, à Mathematicis ea primum, quæ ad rem pertinere videbuntur accipimus. Quibus quidē eognitis, quoad ingenium suppeditabit, picturam ab ipsis naturæ principijs exponemus. Sed in omni nostra oratione spectari illud uehementer peto, nō me ut Mathematicum, sed ueluti pictorē hisce de rebus loqui. Illi enim solo in genio omni sciuncta materia, species & formas rerū metiuntur. Nos uero, quod sub aspectu rem esse positā uolumus, pinguiore idcirco, ut aiunt, Minerua scribendo utemur. Ac recte quidem esse nobiscum actum arbitramur, si quoquo pacto in hac planè diffīcili et à nemine, quod uiderim, alio tradita

literis materia, nos legentes pictores intellexerint. Peto igitur nostra non ut puro à Mathematico, sed ueluti à pictore tantum scripta interpretentur.

Punctum. Itaque principio nouisse oportet, Punctum esse signum, ut ita loquar, quod

Signum. minimè in partes queat diuidi. Signum hoc loco appello, quicquid in superficie ita insit, ut possit oculo conspiciri: quae uero intuitum non recipiunt, ea nemo ad pictorem nihil pertinere negat. Nam ea solum imitari studet pictor, quae sub luce uideantur. Puncta quidem, si continenter in ordine iungantur, linea extendent. Eritque apud nos linea signum, cuius longitudo sane in partes diuidi possit: Sed erit usque adeo latitudine tenuissima, ut nus-

Linea. quam findi quaeat. Linearum alia recta, alia flexa. Recta linea est signum à puncto ad punctum directe in longum protensum. Flexa est quae à puncto ad punctum non recto gressu, sed facto sinu fluxerit. Lineae plures quasi fila in tela, si adacta cohæreant, superficiem

ficiem ducet. Est namque superficies extrema corporis pars, quae non profunditate aliqua, sed latitudine tantum longitudineque, atque perinde suis qualitatibus cognoscatur. Qualitatem aliæ ita superficie inhærent, ut nisi prorsus alterata superficie minime se moueri, aut se iungi queant.

Alias uero qualitates huiusmodi sunt, ut eadē facie superficie manente, ita sub aspectu tamen iaceant, ut superficies uisentibus alterata esse videatur. Perpetuae autem superficierum qualitates geminæ sunt. Una quidem quae per extremum illum ambitum, quo superficies clauditur, notescat, quemquidem ambitum nonnulli orizontem nuncupant. Nos si liceat, latino uocabulo similitudine quadam appellamus oram: aut, dum ita libeat, fimbriam. Eritque & ipsa fimbria aut unica linea, aut pluribus lineis perfinita. Unica, ut circulari, pluribus aut altera flexa, altera recta, aut etiam quae pluribus rectis flexisue

Superficies

Qualitas.

Orizon.

Ora.

Fimbria.

linea ambiatur. Circularis quidem linea est. Ipsa ora quæ totam circuli
Circulus. aream complectitur & continet. Circulus uero est forma superficie, quæ linea, ueluti corona, obambit. Quod si in medio aderit punctum, omnes radij ab hoc ipso punto directe ad coronam ducti, longitudine inter se æquales sunt. Idem uero punctum, centrum circuli dicitur. Linea recta, quæ bis coronam circuli secuerit, perq; centrum rectabit, diameter circuli, apud Mathematicos uocatur. Nos hanc ipsam nominemus centricam, si tq; hoc, apud nos, loco ab ipsis Mathematicis persuasum, quod aiunt, Limbum secantem lineam nullam æquos angulos à corona circuli signare, nisi quæ recta ipsum centrum attingat. Sed ad superficies redeamus. Ex his enim quæ recensui facile intelligi potest, ut tractu fimbriæ immutato, ipsa superficies & faciem & nomen quoq; pristinum perdat, atq; quæ triangulus fortasse dicebatur, nunc tetrangulus,
Linea recta.
Centrica. aut

L I B E R . I.

aut plurium deinceps angulorū nuncupabitur. Dicitur quidem fimbria mutata, si linea aut anguli non modo plures, sed obtusiores, longiorēsue, uel acutiores, breuioresue, quoquo pacto fiant. Is locus admonet, ut de angulis non nihil recenseamus. Et enim angulus extremitas superficiei *Angulus*. à duabus lineis se inuicem secantibus confectus. Angulorum tria sunt genera: rectum, obtusum atq; acutum. *Angulorū tria genera* *Angulus rectus* unus est ex quatuor angulis, qui à duabus rectis lineis se mutuo secantibus, ita conscribitur, ut cuius reliquorum trium sit æqualis, hinc est, quod aiunt omnes recti anguli inter se sunt æquales. *Obtusus angulus* est, qui recto maior est. *Acutus* est, qui recto minor est. Iterum ad superficiem redeamus. Docuimus quo pacto una per fimbriam qualitas superficiei inhæreat. Sequitur, ut altera superficerum qualitas referatur, quæ est, ut ita loquar, tanquam cutis per totum superficiei dorsum,

8 DE PICTVRÆ

distantia. Ea in tres diuisa est. Nam alia uniformis & plana : alia tuberosa, & sphærica : alia incurua, & concava dicitur. Quarto loco his addendæ sunt superficies , quæ ex prædictis compositæ sunt. De his postea , nunc de primis . Plana superficies ea est, quam in quavis parte sui recta superducta regula æquè cōtingat, huic per similis erit superficies purissime et quiescentis aquæ. Sphærica superficies dorsum sphæræ imitatur. Sphærâ diffiniunt corpus rotundū, in omnes partes uolubile, cuius in medio punctum inest, à quo extremæ omnes illius corporis partes, æquè distant. Concauasuperficies ea est, quæ interitus extremū sub ultima , ut sic dixerim, cute sphæræ subiacet, uti sunt in testis ouorū in tūmæ superficies. Cōposita uero superficies ea est, quæ una dimensione planitiē, altera aut concavā, aut sphæricā superficiem imitetur, quales sunt intiores fistularū, & exteriores columnarū pyramidūm ue superficies. Itaq; & am

Sphæra.

Concaua.

Composita

& ambitu & dorso inherētes qualitatēs, cognomēta superficiebus, ut diximus, imposuerūt. At uero qualitates quae non alterata superficie, nō tamen semper eundē aspectū de se exhibent, duæ item sunt. Nam aut loco aut lumenib⁹ mutatis, uariat⁹, intuētibus uidentur. De loco prius dicendū, postea de lumenib⁹. Ac perscrutandū quidem est, quonam pacto mutato loco, ipsæ superficie iherentes qualitatēs, immutat⁹ esse uideantur. Evidē hēc ad uim oculorum spectant. Nam inter uallos sitū ue mutato aut minores aut maiores, aut omnino nō eiusdem, quam hactenus fuerant, fimbriæ, aut item colore auctæ uel fraudatæ superficies appareant necesse est. Quas res omnes intuitu metimur. Id quidem, qua ratione fiat, perscrutemur. Exordiamur c̄ Phīlosophorum sentētia, qui metiri superficies affirmant radijs quibusdam quasi uisendi ministris, & idcirco uisiuos nuncupant, quod per eos rerū simulachra sensui impriman-

DE PICTVR A

cur. Nam ipsi ijdem radij inter oculū atq; uisam superficiem, intenti suapte ui, ac mira quadam subtilitate pernisiſſimē congruūt. Aéra corporaçp huiusmodi rara & luce peruia penetrantes, quoad aliquod densum & non penitus opacum offendant, quo in loco cuspidē ferientes, euestigio hæreant. Verū non minima fuit, apud priscos disceptatio, à superficie, an ab oculo ipsi radij erumpant. Quæ disceptatio sanè difficultis, atq; apud nos ad modū inutilis prætereatur. Ac imaginari quidem deceat radios quasi fila quædam prorsus tenuissima, uno capite quasi in manipulum rectissimē colligata. Una simul per oculum interius ubi sensus uisus confideat, recipi: quo in loco non secus atq; truncus radiorum adstent, à quo quidem exeunt in longum lassati radij, ueluti rectissima uirgulata, ad oppositam superficiem effluant. Sed hos inter radios nonnulla differentia est, quam tenuis se per necessariū arbitror. Differunt quidē

quidē viribus & officio. Nam alij sim
brias superficierū contingentes, totas
quantitates superficieī metiūtur. Hos
autē quōd quidem ultimās partes li-
brando uolitent, extremos radios ap-
pellemus. Alij quidem radij ab omni Radj ex-
dorso superficieī, seu recepti, seu fluen tremi.
tes intra eam pyramidē, de qua paulò
post, suo loco dicemus, suū quoq; of-
ficiū peragunt. Nam coloribus &
luminib; imbuntur ijsdem, quib; us
ipsa superficies resulgeat. Hos ergo me Radj me-
dios radios nuncupemus. Est quoq; dij.
ex radijs quidā, qui similitudine qua-
dam centricæ, de qua diximus, lineaæ,
dicatur centricus, quōd in superficie ita
perstet, ut cīrcā se æquales utrinq; an-
gulo reddat. Itaq; tres radiorū species Species tres
reptę sunt extremerū, mediorū et cen- radiorum.
trici. Perscrutemur igit̄ quid quicq; ra-
dij ad uisendū conferant: ac primo de
extremis, post ea de medijs, tū de cen-
trico dicendū erit. Radijs quidem ex-
tremis, quantitates metiūtur. Est enim Quantitas
quantitas spaciū inter duo disiuncta quid.

pun-

puncta fimbriæ, transiens per superficiem, quod oculus, quasi circino, quodam instrumento, his extremis radijs metitur. Suntq; tot in superficie quātitates, quot sunt disiuncta in fimbria sese cōrespicientia puncta. Nam proceritatem quæ inter supremū & infimum, seu latitudinē quæ inter dextrū & sinistrū, seu crassitudinē quæ inter propinquius & remotius, seu cæteras quasvis dīmēsiones aspectu recognoscimus, his tantū radijs extremis utimur. Ex quo illud dici solitum est: uisum per triangulū fieri, cuius basis, uisa quantitas, cuiusue latera sunt ijdem ipsi radij, qui à punctis quantitatis ad oculum protenduntur. At illud quidem certissimū est, nisi per hūc ipsum triangulū, quantitatē nullam uideri. Latera ergo trianguli uisiui, patent. Anguli quidem in hoc ipso triangulo duo sunt, alterutra illa quantitatis capita. Tertius uero atq; primarius angulus est, is qui basi oppositus, intra oculū consistit. Neq; hoc loco disputandū

sputandū est, utrum in ipsa iunctura
interioris nerui uisus, ut aiunt, quie-
scat, an in ea superficie oculi, quasi in
speculo animato imagines figurētur
Sed ne omnia quidem oculorū ad uis-
endum, hoc loco, munera referenda
sunt; satis enim erit his commentarijs
succinctè, quæ ad rem pernecessaria
sint demōstrasse. Cum igitur in oculo
primarius consistat angulus uisiuus,
regula deducta est hæc: quò uidelicet
acutior sit in oculo angulus, eò quan-
titatem breuiores apparere, ex quo
planè discitur cur sit quod multo in
teruallo, quantitas ad punctum usq;
extenuata esse uideatur. Verum hæc
cum ita sint, sit tamen nonnullis in su-
perficiebus, ut quò illi propinquior
sit uisentis oculus, eò minorem, quò
remotior, eò longè plurimam illius su-
perficiei partem uideat, quod ipsum
in sphærica superficie ita esse discitur.
Quantitates ergo pro interuallo ma-
iores, ac minores intuentibus nō nun-
quām uidentur, Cuius rei qui probè
ratio-

rationem tenuerit, minime dubitabit
medios radios aliquando fieri extre-
mos, extremosq; interuallo mutato
item fieri medios. Atq; idcirco intelli-
get ubi mediū radij sint facti extremi,
ilico quantitatem breuiorem appare-
re. Contraq; cum extremi radij intra
fimbriam recipiantur, quò magis illi
quidem à fimbria distent, eò maiorem
quantitatē uideri. Hic igitur solitus
sum apud familiares regulam expo-
nere, quò plures radiorū uidendo oc-
cupentur, eò quantitatē prospectam
grandiore existimari: quò autem pau-
ciores, eò minorem. Cæterum hi radij
extremi dentatim uniuersam fimbriā
superficie comprehidentes, ipsam
totam superficiem, quasi cauea, circū-
ducunt. Vnde illud, aiunt, uisum, per
pyramidem radiosam fieri. Dicendū
Pyramis. est idcirco pyramis quid sit. Pyramis
est figura corporis oblongi, ab cuius
basi omnes lineæ rectæ sursum pro-
tractæ, ad unicam cuspidem conter-
Basis. minent. Basis, pyramidis uisa super-
ficies

LIBER I.

ficies est. Latera pyramidis , radij ipsi
uisiui , quos extremos nuncupari di-
ximus . Cuspis pyramidis illic intra
oculum consideret , ubi in unum anguli
quantitatū conueniunt . Hactenus de
extrinsecis radijs , ex quibus pyramidis
cōcipitur , qua omni ratione constat ,
multū interesse quæ interualla , inter
superficie , atq; oculum interlaceant .

Sequitur ut de medijs radijs dicen- Radij me-
dij.
dum sit . Radij medijs sunt ea multitu-
do radiorum , quæ ab radijs extremis ,
septa intra pyramidem continentur .
Atq; ij quidem radij id agunt , quod
aiunt , Cameleonta animal , & huic
modi feras metu cōterritas , solere pro
pinquarum rerū colores suscipere , ne
ā uenatoribus facile reperiantur . Hoc
ipsum medijs radij exequuntur . Nam
ā cōtactu superficie , usq; ad cuspidem
pyramidis , toto tractu ita colorū & lu
minū , reperta uarietate inficiuntur , ut
quouis loco rumperētur , eodem loco
ipsum inhaustū lumen , atq; eundem
colorem exprimerent . Ac de his me-
dijs

dījs radījs re primū ipsa cognitum est,
eos multo interuallo deficere, aciemq;
hebetiorem agere; demū id cur ita sit,
ratio reperta est. Nam cum īdem cæ-
teriq; omnes radījū siūi luminibus et
colorib; imbuti, atq; graues aērem
peruadant, sitq; aēr ipse nōnulla cras-
itudine suffusus, fit ut multa pars one-
ris, dum aērem percurrunt, fessos ra-
dīos deīciat. Idcīrco rectē aiunt, quō
maior distantia sit, eō superficiē sub-
obscuriorem & magis fuscā uideri.
Restat ut de centrico radio dicamus.

*Centricus
radius.*

Centricum radium dicimus, eum qui
solus ita quantitatē feriat, ut pares
utrinq; anguli, angulis sibi cohären-
tibus respondeant. Equidem & quod
ad hunc centricum radium attinet, ue-
rissimū est hunc esse omniū radiorū
acerrimū & uiuacissimū. Necq; negan-
dum est, quantitatē nunquam uideri
maiorem, quam cum centricus in eam
radius institerit. Possent plura de cen-
trici radījū & officio referri. Tantū
hoc non prætermittatur, hunc unicū
radium,

radium, quasi unita quadam congres-
sione, à cæteris radijs constipatū foue-
rī, ut merito dux radiorum planè ac
princeps dici debeat. Reliqua uero
quæ ad ostendandū ingenium perti-
nuissent magis quam ad ea, de quibus
dicere institutus prætereant. Multa
etiam de radijs suis locis accōmodatius
dicentur. Hoc autem loco sit, quantū
cōmentariorū breuitas postulat, satis
ea retulisse, ex quibus dubitet nemo
hoc ita esse, quod quidem satis demon-
stratum puto, interuallo scilicet cen-
tricisq; radij positione mutatis, illico su-
perficiem alteratā uideti. Nam ea qui-
dem ut minor, aut maior, aut deniq; pro
linearū & angulorū inter se con-
cinnitate immutata apparebit. Cen-
trici ergo positio, distantiaq; ad certi-
tudinem uisus plurimū conferūt. Est
quoq; tertium aliquid, ex quo super-
ficies disformes & uariæ intuentibus
exhibeantur. Id quidem est lumen in
receptio. Nam uidere licet in sphæri-
ca atq; concava superficie, si unicūm
b tantum

tantum assit lumen, una parte subobscuram, alia clariorē esse superficiē, ac eodem intervallo, centricaq; positione pristina manente, modo ea ipsa superficies diuerso quām prius lumine subiaceat, videbis fuscas illīc esse partes, eas quæ sub diuerso antea lumine sitæ clarebāt, atq; esse easdēm claras, quæ prius obumbratæ erant, tum etiam si plura cūstent lumina, pro luminū numero & uiribus variè suis locis maculæ, candoris & obscuritatis micabunt. Hæc res experimento ipso comprobatur. Sed hic locus admonet, ut de luminib; & coloribus Colores à aliqua referamus. Colores à luminib; bus uariari palam est, siquidem omniari. nis color non idem conspectu est in umbra, ac sub radijs luminū positus. Nam umbra fuscum colorem, lumen uerò clarum & apertum exhibit. Dicunt philosophi: posse uideri nil quod ipsum non sit lumine coloreq; uestitum, maxima idcirco inter colores & lumina cognatio est ad uisum agendum,

dum, quæ quanta sit hinc intelligitur,
quod lumine pereunte, colores ipsi
quoq; obscurendo sensim pereunt.
Redeunteq; luce unâ & ipsi cum ui-
ribus luminis colores conspectui re-
staurantur. Quæ res cum ita sit, uiden-
dum est ergo de coloribus primo: de-
hinc inuestigabimus colores, quem-
admodum sub luminibus uarentur.
Missam faciamus illam philosopho-
rum disceptationem, qua primi ortus
colorum inuestigantur. Nam quid iu-
uat pictorem nouisse quonam pacto
ex rari & densi, aut ex calidi, & succi:
frigidi, humidiq; permitionibus co-
lor extet? Necq; tamen eos philoso-
phantes aspernor, qui de coloribus
ita disputant, ut species colorum esse
numero septem statuant, album at-
que nigrum, duo colorum extrema.
Vnum quidem inter medium, Tum
inter quodq; extremum, atque ip-
sum medium binos, quod alter plus
altero de extremo sapiat, quasi de-

b. 2 limite

limate ambigentes collocant. Pictore
sanè nouisse sat est, qui sint colores, &
quibus in pictura modis iisdem uten-
dū sit. Nolim à peritioribus redargui,
qui dum philosophos sectantur, duos
tantū esse in rerū natura integros co-
lores asserunt, album & nigrum, cæte-
ros autē omnes ex duorū permixtione
istorū oriri. Ego quidem, ut pictor, de
coloribus ita sentio, permixtionibus
colorū alios oriri colores penē infini-
tos. Sed esse apud pictores colorū ue-
ra genera, pro numero elementorū,
quatuor, ex quibus plurimæ species
educantur. Namq; est igneus, ut ita lo-
quar, color, quem rubeum uocant.
Tū & aëris qui cœlestis, seu cæsiusdi-
citur, aquæ color uiridis. Terra uero
cinereū colorem habet. Cæteros om-
nes colores ueluti diasprī & porphirij
lapidis ex pmixtione factos uidemus.
Colorum genera. Genera ergo colorū quatuor, quorū
sunt pro albi & nigri admixtione spe-
cies admodū innumerabiles. Nam ui-
demus frondes uiretes gradibus dese-
rere

tere uiriditatē, quoad albescat. Id ipsum uidemus in ipso aēre, ut circa orizontem plerūq; albente uapore suffusus, sensim ad propriū colorem redeat. Tum & in rosis hoc uidemus, ut aliæ plenā & incensam purpurā, aliæ genas uirgineas, aliæ candidum ebur imitentur. Terræ quoq; color, albi & nigri admixtione, suas species habet. Non igitur albi permixtio genus colorū immutat, sed species ipsas creat, cui quidem persimilem uim niger color habet. Nam nigri admixtiōe multæ colorū species oriuntur, quod quidem pulchre ex umbra qua ipse color patebat, alteratur. Si quidem crescēte umbra coloris, claritas & albedo deficit. Lumine uero insurgente, clarescit et fit candidior. Ergo pictori satis persuaderi potest album & nigrum minime esse ueros, sed colorū, ut ita dixerim, alteratores. Si quidē nihil inuenit pictor quo ultimū lumenis candorem referat, præter album, solumq; nigrū, quo ultimas tenebras demonstrent.

b 3 Adde

Addē his, quod album aut nigrum
nusquam inuenies, quod ipsum non
sub aliquo genere colorum sit.

**Luminū
uis.** Sequitur de ui luminū. Lumen
alia siderum, ut solis & lunæ, & luci-
feræ stellæ, alia lampadū & ignis. At
inter hæc magna differētia est. Nam
lumen siderum admodum pares cor-
poribus umbras referunt. Ignis uero
maiores quam ipsa corpora sunt. At-
qui sit umbra, cum radij lumīnū inter-
**Radij in-
tercepti.** cipiuntur. Radij intercepti, aut aliò
flectuntur, aut in seipso reciprocantur.
Flectuntur ueluti cum à superfi-
cie aquæ radij solis in lacunaria exi-
liunt, fitq; omnis radiorū flexio angu-
lis inter se, ut probant Mathematici,
æqualibus. Sed hæc ad aliam partem
**Radij
flexi.** picturæ attinet. Radij flexi eo colore
nonnulla ex parte imbuuntur, quem
in ea à qua flectuntur superficie inue-
nerint. Hoc ita uidemus fieri, cum fa-
cies perambulantium in pratis, subui-
rides apparent. Dixi ergo de superfi-
ciebus: dixi de radīs: dixi quo pacto
uisendo

affendo ex triangulis coædificetur pyramis. Probauim is quām māxime in ter sit interuallum centricip̄ radij positionem ac lūminū receptionem certam esse. Verū cūm uno aspectu, non unam mōdō, sed plurimas quoq; superficies intueamur. Postea quām de singulis superficiebus, nō omnino ieiunē conscripsimus. Nunc inuestigandū est, quem admodū coniuncte se se superficies efferant. Singulæ quidem superficies, ut docuimus, propria pyramide suis coloribus et lūminibus refertæ gaudent: quod cūm ex superficiebus corpora integrantur, totæ corporum prospectæ quantitates, superficiesū unicam pyramidem referunt: tot minutis pyramidibus grauidam, quot eò prospectu superficies radijs comprehendantur. Hæc cūm ita sint, dicet tamen quispiam quid tanta īdagatio pictori ad pigendum afferret emolumenti? Nempe ut intelligat se futurum artificem planè optimum, ubi optimè superficerū discriminā & propor-

proportiones notarit, quod paucissimi admodum nouerunt. Nam si rogetur quid in ea, quam tingunt, superficie conentor aesse qui, omnia rectius possunt quam quid ita studeat responderem. Quare obsecro nos audeant studiosi pictores. Quae enim didicisse iuuabit, ea a quo quis praceptor discere nunquam fuit turpe. Ac discant quidem dum lineis circumveunt superficiem, dumque descriptos locos implent coloribus, nihil magis queri, quam ut in hac una superficie plures superficies formae represententur. Non secus ac si superficies haec, quam coloribus operiunt, esset admodum uitrea & perlucida huiusmodi, ut per eam tota pyramidis uisua ueris uisendis corporibus pmearet, certo intervallo, certaque centrici radij & luminis positione, eminus in aere suis locis constitutis, quod ipsum ita esse demonstrant pictores, dum sese ab eo quod pingunt amouent longiusque consistunt, natura duce huius ipsius cuspidem pyramidis queritantes.

fantes. Vnde omnia rectius concerni
commetiriqz intelligunt. Sed cū hæc
sit unica seu tabule, seu parietis super-
ficies, in quam pictor plures & uarias
una pyramide, comprehensas super-
ficies pyramidesqz studet effingere,
necessæ erit aliquo loco sui pyramidē
hanc uisiuam, perscindi, ut istic quales
fimbrias & colores intercisio dederit,
tales pictor lineis & pingendo expri-
mat. Quæ res cum ita sit, pictam su-
perficiē intuentes intercisionē quan-
dam pyramidis uident. Erit ergo pi-
ctura intersectio pyramidis uisiue se-
cundum datum interuallum, posito
centro, statutisqz luminibus, in da-
tam superficiē, lineis & coloribus ar-
te, representata. Iam uero quoniam
picturā diximus esse intersectionem
pyramidis, omnia idcirco perscrutan-
da sunt, ex quibus nobis intercisionis
partes omnes sint notissimæ. Nobis
ergo nouissimus sermo habendus est
de superficiebus, à quibus pyramides
pictura intercidendas manare demō-
stratum

stratum est. Superficierum aliae pro-
stratae iacent, ut pavimenta ædificio-
rum, & certæ superficies æquè à paui-
mento distantes. Aliae in latus incum-
bunt, uti sunt parletes & ceteræ super-
ficies parietibus collineares. Inter se
autem æquè distare superficies dicun-
tur, cum inter media inter eas distan-
tia, omni loco sui eadē est. Collinea-
res superficies illæ sunt, quas eadē con-
tinuata recta linea omni parte sui,
æque contingit, uti sunt superficies
quadratarum columnarum, quæ re-
ctum in ordinem ad porticū adstant.
Hæc illis quæ supra de superficiebus
diximus addenda sunt. His uero quæ
de radijs cū extrinsecis tum intrinse-
cis & centrico, atq; his quæ suprà de
pyramide uisiua recensuimus, adden-
da est illa Mathematicorū sententia,
ex qua illud probatur: quod si linea
recta duo alicuius trianguli latera in-
tersecet, sitq; hæc ipsa secans & nouis-
simè triangulū condēs, linea alteræ li-
neæ prioris trianguli, eque distās, erit
tunc

tunc quidē is maior triangulus huic minori lateribus pportionalis. Hæc Mathematici. At nos quò clarior pictoribus sit nostra oratio latius paulò rem explicabimus. Intelligendum est quid apud nos sit hoc loco, pportionale. Dicimus proportionales esse triangulos, quorū latera & anguli inter se proportionales eandē admodū rationē servant: quod nales. si alterum trianguli latus sit in longitudine bis q̄ basi atq; semis & alterū ter, omnes huiusmodi trianguli, seu sint illi quidē maiores hoc seu minores, modo eandē laterum ad basim, ut ita loquar, cōuenientiā habeant, erūt inter se, pportionales. Nam quę ratio partis ad partē sui extat in maiori triangulo, eadē in minori extabit ergo trianguli, q̄ ita se habeat omnis apud nos, inter se, pportionales dicent, hoc quoq; ut agius intelligat, similitudine quadā utemur. Est quidē homo pusillus, homini maximo proportionalis ad cubitū, ubi eadē fuerit, pportio palmi, & pedis ad reliqua corporis sui partes, in hoc, puta Euādro, q̄ fuit

in illo, puta Hercule, quem Gellius
supra alios homines procerum & ma-
gnum fuisse coniectatur. Nec eum
etiam fuit alia in membris Herculis
proportio, quam fuerit in Anthei gi-
gantis corpore. Ut enim utrisque ma-
nus ad cubiti, & cubiti ad proprium
caput, & cæterorum membrorum sy-
metria pari inter se dimensione con-
gruebant, ita hoc ipsum in nostris tri-
angulis eveniet, ut sit aliqua inter tri-
angulos commensuratio, per quam
minor, cum maiori, cæteris in rebus,
præterquam in magnitudine, conve-
niat. Hęc autem si satis intelliguntur
statuamus Mathematicorum senten-
tia, quantum ad rem nostram condu-
cit: Omnem intercisionem alicuius
trianguli, æque distantem à basi, tri-
angulum constituere. Illi suo maiori
triangulo, ut illi loquuntur, similem,
uti uero nos proportionalē. Et enim
quæ inter se proportionalia sunt, in
his omnes partes respondent. In qui-
bus uero diuerse & non congruentes
partes,

partes adsunt, hæ minimè proportionales sunt. Partes trianguli uisiui sunt Trianguli præter lineas, etiam ipsi radij, qui quipartes. dem erunt in proportionalibus picturæ quantitatibus spectandis numero: ueris, pares: in nō proportionalibus uero illis, erunt non pares. Nam altera istarum non proportionaliū quantitas, aut plures occupabit radios, aut pauciores. Nostī ergo quemadmodū minor triangulus aliquis, maiori proportionalis dicatur. Et meministi ex triangulis pyramidem uisiuam constitui. Ergo omnīs noster sermo de triangulis habitus, ad pyramidē, traducatur. Ac persuasum quidem apud nos sit, nullas quantitates uisae superficie, quæ æque ab intercione distent, in pictura alterationē aliquam facere. Nam sunt illæ quidem æquè distantes quantitates, in omni æque distanti intercione suis correspondentibus proportionales, quæ res cū ita sit, sequitur illud, quod non alteratis quantitatibus, ex quibus area completur

pletur, quibuscue fimbria cōmetitur, nulla fimbriæ alteratio in pictura sūc cedit, atq; illud manifestū est omnem pyramidis uisiuē intercisionem, à uisa superficie æque distantem, illi perspe-ctæ superficie esse cōproportionalē. Diximus de superficiebus intercisiōni proportionalibus, hoc est, superficiei pīcte æque distantibus. Verū cum plurimæ pingendæ superficies non æque distantes assint, de his nobis īvestigatio diligens habenda est, quo omnis ratio intercisionis explicetur. Et enim longum esset, per difficileq; atq; obscurissimū, in his triangulorū, pyramidisq; intercisionib; omnia ex Mathematicorū regula prosequi. Idcirco nostro more, ut pictores, di-cendo, pcedamus. Referamus breuissimè aliqua de quātitatib; nō q;que di-stantib; qbus pceptis facilis erit, omnis nō æque distantis superficiei, cognitio. Quantitatū ergo nō æque distantium aliæ radijs uisiuis collincares, aliæ radijs aliquib; uisiuis æque di-stantes

stantes sunt. Quantitates radijs collin-
nare, quoniā triangulū nō efficiant
radiorūq; numerū nō occupent, locū
idcirco nullū intercisione adipiscunt.
At in quātitatibus radijs uisiuis eque
distantibus, quanto, q; maior est angu-
lus ad basim trianguli, erit obtusior,
tanto ea quantitas minus radiorū ex-
cipiet, atq; idcirco intercisione minus
obtinebit spaciū. Superficiem quātitati-
bus cōtegi diximus, at cum in super/
ficiebus non raro eueniat, ut in ea sit
quantitas aliqua æque ab intercisiō-
ne distans; cæteræ uero eiusdē superfi-
ciei quantitates, nō æque distent, eam
ob rem fit, ut quæ in superficie adsunt
æque distantes quantitates, hæ solæ,
in pictura, nullā alterationē faciant.
Quæ uero quātitates nō æque distant,
hæ quanto angulum, qui in triangulo
sit ad basim maior, obtusiorem habe-
bunt, tanto plus alterationis accipi-
ent. Deniq; his omnibus addenda illa
philosophorum opinio est, qua affir-
mant; si cœlū, sidera, maria, montes,
animan

animātiāq; ipsa , atq; deinceps corpo-
ra omnia dimidio quām sint minora ,
superis ita uolentibus, redderētur: fo-
re ut nobis quæq; uideantur nulla ex
parte, ac nūc sint dīminuta apparent.
Nam magnum, paruum, longū, bre-
ue, altum, infimum, arctum, latū, ob-
scurum, tenebrosum & huiusmodi o-
mnia, quæ cum possint rebus adesse,
& non esse, ea philosophi accidentia
nuncuparunt: huiusmodi sunt, ut o-
mnis earum plena cognitio fiat com-
paratione. Aeneam , inquit , Virgi-
lius, totis humeris supra homines ex-
tare. At is, si Polyphemo comparetur
Pigmæus uidebitur. Eurialum pul-
cherrimum fuisse tradunt, qui, si Ga-
nimedi à deo rapto comparetur, for-
tassis deformis uideatur . Apud Hi-
spanos pleræq; uirgines candidæ pu-
tantur, quæ apud Germanos fuscæ &
atri coloris haberentur. Ebur argen-
tumq; colore alba sunt, quæ, si cigno,
aut niueis linteis cōpurentur, subpal-
lentia uideantur . Hac ratione in pi-
cturā

Etura tersissimè & fulgentissimè quidem superficies apparent, cum illic alibi ad nigrum eadem, quæ est in rebus ipsis, luminati ad umbrosum proportionis sit. Itaque comparationibus hæc omnia discuntur. Inest enim in comparandis rebus uis, ut quid plus, quid minus, quidue æquale adsit, intelligamus. Ex quo magnum esse dicimus, quod sit hoc paruo maius: maximū, quod sit hoc magno maius: lucidum, quod sit obscuro clarus: lucidissimū, quod sit hoc claro lucidius. Fit quidē comparatio ad res in prīmis notissimas. Sed cum sit homo rerum omnium, homini notissimus, fortassis Protagoras hominem, inquiens, modum & mensuram rerum omnium esse: hoc ipsum intelligebat, rerum omnium accidentia, hominis accidentibus recte cōparati, atque cognosci. Hæc eò spectat ut intelligamus in pictura quantulacunq; pinxeris corpora, ea pro illic picti hominis cōmensuratione grandia, aut pusilla uideri, hanc sane vim

c compa

comparationis pulcherrimæ, omnium antiquorum prospexit Thimantes mihi uideri solet, qui pictor, ut aiunt, Ciclopem dormientem, parua in tabella pingens, fecit iuxta satyros, pollicem dormientis amplectentes, ut ea satyrorum commensurazione dormiens, multo maximus uidetur. Hactenus à nobis fermè omnia dicta sunt, quæ ad uisendi uitam, queue ad intercisionem cognoscendam spectant. Sed quia non modo quid sit, atq; ex quibus constet intercisio: uretumetiam quemadmodū eadem fiat, ad rem pertinet, dicendum est, de hac intercisione quanam arte pingendo ea exprimatur. De hac igitur, ceteris omissis, referam quid ipse dum pingo efficiam. Principio in superficie pingenda, quam amplum libeat quadrangulum rectorum angulorū inscribo, quod quidem mihi pro aperata fenestra est, ex qua historia contuetur, illicq; quam magnos uelim esse in pictura homines, determino: huiuscq;

Et s^c ipsius hominis longitudinem,
in tres partes diuido: quæ quidē mihi
partes sunt proportionales, cum ea
mensura quam uulgs brachiū nun-
cupat. Nam ea trium brachiorum, ut
ex symetria membrorum hominis
pater, admodum communis humani
corporis longitudo est. Ista ergo men-
sura facentem infimam descripti qua-
dranguli lineam, in quo illa istiusmo-
di recipiat partes, diuido: ac mihi qui-
dem hæc ipsa iacens quadranguli li-
nea, est proximiōri transuersæ & æ-
que distanti, in pauimento, uisæ quan-
titati proportionalis. Post hæc uni-
cum punctum, quo sit uisum, loco
intra quadrangulum constituo, qui
mihi punctus eum locum occupet,
ipsum ad quem radius centricus ap-
plicet, idcirco centricus punctus di- Centricus
catur. Condecens huius centrici pun- punctus.
cti positio est, non altius à iacenti li-
nea, quam sit illius pingendi hominis
longitudo. Nam hoc pacto æquali in
solo, & spectantes, & pictæ res adesse

C 2 uidetur

uidentur. Posito puncto centrico, protraho lineas rectas à puncto ipso centrico ad singulas lineæ iacentis divisiones, quæ quidem mihi lineæ demonstrant, quemadmodum penè usq; ad infinitam distantiam quantitates transuersæ successurus inter uallo sub aspectu coarctantur. Hic essent nonnulli, qui unam ab diuisa æquè distan tem lineam intra quadrangulum ducerent, spaciumq; quod inter utrasq; lineas adsit, in tres partes diuiderent. Tum huic secundæ æque distanti lineæ, aliam item æquè distante, hac lege adderent, ut spacium, quod inter primam diuisam, & secundam æque distante lineam est, in tres partes diuisum: una parte sui excedat spacium id quod sit inter secundam & tertiam lineam, ac deinceps reliquas lineas adderent, ut semper sequens inter lineas esset spacium id antecedens subsequi alterum, ut uerbo Mathematicorum loquar. Itaque sic illi quidem facerent, quos & si optimam quandam

dam pingendi viam sequi affirment,
eosdem tamen non parum errare cen-
seo: quod cum casu primam æque di-
stantem lineam posuerint, tam & si
cæteræ æque distantes lineæ ratione
& modo subsequantur, non tamē ha-
bent quo sit certus cuspidis ad bene-
spectandum locus. Ex quo non mo-
dici in pictura errores facile succe-
dunt. Adde his quod istorū ratio ad-
modū uitiosa esset, ubi centricus pun-
ctus aut suprà aut infrà picti hominis
longitudinē adstaret: cum etiam res
pictas nullas ueris rebus conformes,
nisi certa ratione distent, uideri posse,
nemo doctus negabit. Cuius rei ratio-
nem explicabimus, si quando de his
demonstrationibus picturæ conscri-
bemus, quas à nobis factas, amici dū
admirarentur, miracula picturæ nun-
cuparunt. Nam ad eam ipsam partē,
hæc quæ dixi omnia maxime perti-
nent: ergo ad rem redeamus. Hæc cū
ita sint, ipse idcirco optimum hunc
ad inueni modum. In cæteris omni-

bus eandem illam & centrici puncti
& lineæ iacentis diuisiouem, & à pun-
cto linearum ductiones ad singulas
iacentis lineæ diuisiones prosequor.
Sed in transuersis quātitatibus, hunc
modum seruo. Habeo areolam, in
qua describo lineam unam rectam,
Hanc diuidō per eas partes, in quas
facens linea quadranguli diuisa est.
Deinde pono sursum ab hac linea
punctum unicum tam altè, quam est
in quadrangulo centricus punctus à
iacente diuisa quadranguli linea di-
stantis, ab hocq; puncto, ad singulas
huius ipsius lineæ diuisiones, singu-
las lineas duco. Tum quantam uelim
distantiam esse inter spectantis oculum,
& picturam statuo, atq; illic sta-
tuto intercisionis loco perpendiculari-
ti, ut aiunt Mathematici, linea, inter-
cisionem omnium linearum, quas ea
Linea per inuenierit, efficio. Perpendicularis qui-
pendiculae dem linea ea est, quæ aliam rectam
rū. lineam diuidens, angulos utrinq; cir-
ca se rectos habeat. Igitur hæc mihi
perpen-

perpendicularis linea suis percisionibus terminos dabit omnis distantiae, quæ inter transuersas æque distantes pavimenti lineas esse debeant: quò pacto omnes pavimenti parallelos descriptos habeo, qui quidem quām recte descripti sint inditio erit: si una eademq; recta continuata linea, in picto pavimento coadiunctorum quadrangulorum diameter sit. Est quidem apud Mathematicos diameter *Diameter.* quadranguli recta quædam linea, ab angulo ad sibi oppositum angulum ducta, quæ in duas partes quadrangulum diuidat, ita ut ex quadrango-
lo, duos triangulos efficiat.

His ergo diligenter absolutis, unam item superduco transuersam, æque à cæteris inferioribus distan- tem lineam, quæ duo stantia, ma- gní quadrati, latera secet, perq; pun- ctum centricum permeet. Hæc mihi quidem linea est terminus, atque li- mes, quem nulla non plus alta, quām sit uisentis oculus, quantitas exce-

dat. Eaçq; quod punctum centricum
peruadat, idcirco centrica dicatur.
Ex quo fit, ut qui picti homines in ul-
teriori paralello steterint, idem lon-
gè minores sint, quam qui in anterio-
ribus adstant: nec tamen esse cæteris
minores, sed semotiores apparent,
quam rem quidem à natura ipsa ita
ostendi palam est. Nam in templis
perambulantium hominum capita,
uidemus ferè in altum æqualia nu-
re, pedes uero eorum, qui longius
absint, forte ad genu anteriorum re-
spondere. Hæc omnis diuidendi pa-
uimenti ratio, maximè ad eam pi-
cturæ partem pertinet, quam nos
compositionem, suo loco, nominabi-
mus. Et huiusmodi est, ut uerear ne
ob materiæ nouitatem, ob hancç
commentandi breuitatem, parum à
legentibus intelligantur. Nam, ut
ex operibus prisçis facile intelligi-
mus, eadem fortassis apud maiores
nostros quod esset obscura, & diffi-
cillima, admodum incognita latuit.

Vix

Vix enim ullam antiquorū historiam
apicē cōpositam, neq; pictam, neq; fi-
ctam, neq; sculptam reperies. Qua de-
re hæc à me dicta sunt breuiter, &c, ut
existimo, non omnino obscure. Sed
intelligo qualia sint: ut cum in his nul-
lam eloquētiæ laudē adipisci queam,
cum eadē qui primo aspectu non cō-
prehenderit, uix ullo unquam uel in-
genti labore apprehendat. Subtilissi-
mis autem & ad picturā bene pronis
ingenijs, hęc, quoquomodo dicātur fa-
cillima sanè & pulcherrima sunt: quæ
quidem rudibus, & à natura parū ad-
has nobilissimas artes pronis, etiam si
ab eloquentissimis dicantur, admodū
ingrata sunt. A nobis uerò eadem, qd
sine ulla eloquētia, breuissimè recita-
ta sint, fortassis nō sine fastidio legun-
tur. Sed uelim nobis dent ueniam, si
dum in primis uolui intelligi, id pro-
spexi, ut clara esset nostra oratio, ma-
gis quam compta & ornata. Quæ ue-
rò sequentur minus, ut spero, tedium
legentibus afferent. Diximus ergo de-

triangulis, de pyramide, de intercl-
sione, quæ dicenda uidebantur, quas
res tamen consueui apud familiares
prolixius, quadam geometrica ratio-
ne, cur ea ita essent, demonstrare, quod
his cōmentarijs, breuitatis causa, præ-
termittendum censui. Hic enim sola
prima, picturæ artis, rudimenta re-
censui. Ea p̄ idcirco rudimenta nun-
cupari uolumus, quod ineruditis pi-
ctoribus, prima artis fundamenta ie-
cerint. Sed huiusmodi sunt, ut qui ea-
dem probè tenuerit, is cum ad inge-
nium, tum ad cognoscendam picturæ
diffinitionē, tum etiam ad ea, de qui-
bus dicturi sumus, non minimū pro-
fuisse intelligat. Nec sit qui dubiteat
futurum pictorem, nunquam bonum
eum, qui, quæ pingendo conetur, non
ad unguem intelligat. Frustra enim
arcu cōtenditur, nisi quo sagittam di-
rigas destinatū habeas. Ac uelim qui-
dem apud nos persuasum esse, eum so-
lum fore pictorem optimū, qui opti-
mè cum simbrias, tum superficerum
qualitates

qualitates omnes notasse didicerit.
Contraq[ue] eum futurum nunquam bo-
num artificem affirmo, qui non dili-
gentissimè, quæ dicimus, omnia te-
nuerit. Idcirco nobis hæc de superfi-
ciebus, & intercessione dicta perne-
cessaria fuere. Sequitur ut pictorem
instituamus, quemadmodum
quæ mente conceperit,
ea manu imitari
queat.

LEONIS BAPTISTAE

DE ALBERTIS, LIBER II.

Qui pictura inscribitur.



ED quoniam hoc perdi-
scendi studiū fortè nimis
laboriosum iuuenibus ui-
deri potest, idcirco hoc
loco ostendendū censeo,
quām sit pictura non indigna, in qua
omnem operam & studium consuma-
mus. Nam habet ea quidem in se uim
admodum diuinam: non modo quod
ut de amicitia dicunt, absentes pictu-
ra præsentes esse faciat: uerum etiam
defunctos longa post secula uiuentib-
us exhibeat, ut summa cum artificis
admiratione, ac uisentium uoluptate
cognoscatur. Refert Plutarchus Ca-
sandrum unū ex Alexandri ducibus,
quòd simulachrū iam defuncti Ale-
xandri intueretur, in quo regis maie-
statem cognouisset, toto eum corpo-
re trepidasse, Agesilaumq; Lacenam,
quòd se esse admodum deformem, in-
telligeret

telligeret, suam recusasse à posteris effigiem cognosci, eaç de re neç pingi à quoquām, neç singi uoluissé. Itaç uultus defunctorū, per picturam quodammodo uitam prælongā degunt. Quòd uero pictura deos expresserit, quos gentes uenerantur, maximum id quidem mortalibus donum fuisse censemendum est. Nam ad pietatem, qua superis potissimum coniuncti sumus, atç ad animos, integra quadam cum religione, detinendos, nimirum pictura profuit. Phydias in Elide Iouem fecisse dicitur, cuius pulchritudo non parum, receptæ religioni adiecerit. Iam uero ad delicias anfīi honestissimas, atç ad rerum decus quantū *Pictura qd* conferat pictura, cū aliundē tum hinc *confrat.* maximè licet uidere, quòd nullam ferme dabis rem usque adeò preciosam, quām picturæ societas, non longe cariore, multoç grauissimam efficiat. Ebur, gemmæ, & istiusmodi cara omnia, pictoris manu fiunt preciosiora. Aurum quoç ipsum picturæ arte elaboratum

boratum, longe plurimo auro pendi-
tur. Quin uel plumbum metallorum
uiliissimum, siphidiæ aut Praxitelis ma-
nu in simulachrū aliquod deductum
sit, argento rudi atq; inelaborato esse
preciosius fortasse putabitur. Zeufis
pictor suas res donare cooperat: quod-
niam, ut idem aiebat, precio emi non
possent. Nullum enim precium existet
mabat inueniri, quod satisfaceret huic
qui pingendis aut singēdis animanti-
bus, quasi alterum sese inter mortales
deum præstaret. Has ergo laudes ha-
bet pictura, ut ea instructi cum opera
sua admirari videant, tum deo se penē
simillimos esse intelligāt. Quid quod
omniū artium, uel magistra, uel sanē
præcipuum pictura ornamentū est?
Nam architectus quidem epistilia, ca-
pitula, bases, columnas, fastigiaq; &
huiusmodi cæteras omnes ædificiorū
laudes, ni fallor, ab ipso tantū pictore
sumpsit. Pictoris enim regula & arte,
lapicida, sculptor, omnesq; fabrorū of-
ficinæ, omnesq; fabriles artes dirigu-
tur.

etur, denique nulla penet ars non penitus
abiectissima reperietur, quae pictura
non spectet: ut in rebus quicquid assit
decoris, id à pictura sumptū audeam
dicere. Sed hoc in primis honore à ma-
ioribus honestata pictura est, ut cum
cæteri fermè omnes artifices, fabri nun-
cuparent, solus in fabrorū numero pi-
ctor nō esset habitus. Quæ cū ita sint,
cōsueui inter familiares dicere, pictu-
ræ inuentore fuisse, poëtarū sententia
Narcissum illum, qui sit in florem uer-
sus. Nam cum sit omniū artium flos
pictura, tum de Narciso omnis fabu-
la, pulchrè ad rem ipsam perapta erit.
Quid est emin aliud pingere, quam arte Pingere
superficie illam fontis amplecti? Cen quid sit.
sebat Quintilian. priscos pictores soli
tos umbras ad solem circuscribere, ac
demū additamentis artem excreuisse.
Sunt qui referat Philoclem quendam
Aegyptiū & Cleantē, nescio quē in-
ter primos huius artis reptores fuisse.
Aegyptiū affirmat sex milib. annorū
apud se pictura in usu fuisse priusque in
Grecia esset trāslata. E **Grecia** uero in

Italiā dicunt nostri, uenisse picturā
Pictura à post Marcellī uictorias ex Sicilia. Sed
qbus pro= non multū interest aut prīmos pīcto-
fēta. res, aut picturæ inuentores tenuisse,
quandoquidem non historiam pīctu-
ræ, ut Plinius, sed artem nouissimè re-
censeamus. De qua hac ætate nulla
scriptorū ueterum monumenta, quæ
ipse uiderim, extant. Tametsi ferunt
Eufranorē Hischimium nonnihil de
symetria & coloribus scripsisse, Anti-
gonumq; & Xenocratem, de pīcturis
aliqua literis mandasse, tum & Apel-
lem ad Perseū de pīctura cōscripsisse.
Refert Laërtius Diogenes, Demetriū
quoq; philosophum pīcturam cōmen-
tatū fuisse: Tum etiam existimo cum
cæteræ omnes bonæ artes, monumen-
tis literarum à maioribus nostris com-
mendatae fuerint, pīcturā quoq; à no-
stris Italīs non fuisse scriptoribus ne-
glectam. Nam fuere quidē antiquis
Etrusci pin simi in Italia Etrusci, pingendi arte
gendi arte omnium peritissimi. Censet Trime-
peritißimi. gistus uetustissimus scriptor, unā cum
religione

religione sculpturā & picturam exortam, sic enim inquit ad Asclepiū: Humanitas memor naturae & originis suae, deos ex sui uultus similitudine figurauit. Et quis negabit omnibus interbus cum publicis, tum priuatis, prophanis, religiosisq; picturā sibi honestissimas partes uendicasse? Ut nullū artificiū apud mortales tanti ab omnibus existimatū inueniam. Referuntur de tabulis pictis precia penè incredibilia. Aristides Thebanus, picturā unicam centū talentis uendidit. Rhodum nō incensam à Demetrio rege, ne Prothogenis tabula periret, referunt. Rodus ergo unica pictura fuisse, ab hostibus redemptam, possumus affirmare. Multa præterea huiusmodi collecta sunt, quibus aptè intelligas semper bonos pictores in summa laude & honore apud omnes fuisse uersatos, ut etiā nobilissimi ac præstatiissimi ciues, philosophiç & reges, nō modo pictis rebus, sed pingēdīs quocq; maximè delectarētur. L. Manilius, ciuis Rom.

d Fabius

Fabius homo in urbe nobilissimus, p̄f
ctores fuerūt. Turpilius eques Rom.
Veronæ p̄inxit. Sitedius pretorius &
proconsul, p̄ingendo nomen adeptus
est. Pacuvius poëta tragicus, Ennius po
ëtæ nepos ex filia, Herculē in foro p̄in
xit. Socrates, Plato, Metrodorusq;,
Pyrrhoq; philosophi, pictura clarue
re. Nero, Valentianusq; atq; Alex
ander Seuerus imperatores, pingendi
studiosissimi fuere. Longū esset refer
re, quot principes, quotue reges huic
nobilissimæ arti dediti fuerint. Tum
etiam minime decet omnē pictorū uete
rum turbā recensere, quæ quidē quan
ta fuerit, hinc cōspici potest, quod De
metrio Valerio Phanostrati filio, 360.
statuæ, partim equestres, ptim in cur
ribus & bigis fermè intrà 400. dies fue
re consumatæ. Ea uero in urbe in qua
tantus fuerit sculptorū numerus, utrū
& pictores non paucos fuisse arbitra
bimur? Sunt quidem cognatae artes
eodemq; ingenio pictura & sculptura
nutritæ. Sed ipse pictoris ingenium,
quod

quod in re longè difficillima uersetur, semp preferā. Verū ad rem redeamus. Ingēs nanc̄ fuit & pictorū & sculptorum illis tēporibus turba, cū et prīcipes, & plebei, & docti atq; indocti pictura delectabātur. Cumq; inter primas ex pūincījs p̄didas, signa & tabulas in theatris exponebāt: eoq; pcessit res, ut Paulus Aemilius, cæteriq; non pauci Romani ciues, filios inter bonas artes ad bene beateq; uiuendū, picturā edocerēt: qui mos optimus apud Gr̄cos maximē obseruabāt, ut ingenui et liberē educati adolescētes, una cum literis, Geometria & Musica, pingendi quoq; arte instruerent. Quin & fœminis etiā hæc pingendi facultas honori fuit. Martia Varronis filia, q; pinxerit ap̄d scriptores, celebrat. Ac fuit quidē tanta in laude & honore pictura, ut apud Gr̄cos caueret edicto, ne seruis picturā discere liceret, necq; id quidem iniuria. Nā est pingēdi ars pfecto libe ralibus & nobiliss. animis dignissima, maximūq; optimi & p̄statis ingenij

apud me semper fuit īdīcūm illius,
quem pīctura uehemēter delectari in-
telligerē. Tamē si hāc una ars, & do-
ctis & indoctis æque admodū grata
est. Quæ res nulla ferè alia in arte eue-
nit, ut quod peritos delectat, impitos
quoq; moueat. Neq; facile quempīam
īnuenies, qui non maiore in modum
optet se in pīctura, pfecisse. Ipsam de-
niq; naturā pingendo delectari mani-
festum est. Vīdemus enim naturā, ut
sāpe in marmoribus Hippocentau-
ros, regumq; barbatas facies effigiet.
Quin & aiunt in gemma Pyrrhi no-
uem Musas, cū suis īsignībus distin-
cte à natura ipsa fuisse depictas. Adde
his qd nulla fermē ars est, in qua perdi-
scenda ac exercenda omnis ætas & pe-
rītorū & imperītorū, tanta cum uolu-
ptate ueretur. Liceat de meipso profi-
teri, si quando me animi uoluptatisq;
causa ad pingendū confero, quod fa-
cio sanè persæpius, cū ab alijs negocijs
ociū suppeditat, tanta cum uoluptate
in opere perficiendo insisto, ut tertīā
& quar-

& quartā quoque horam elapsam esse,
uix possim credere. Itaque uoluptatem
hæc ars affert, dum eam colueris lau-
dem, diuitias, ac perpetuā famā, dum
eam bene excultam feceris. Quæ res
cum ita sit, cum sit pictura optimū &
uetustissimū ornamentū rerum, libe-
ris digna, doctis atque indoctis grata,
maiores in modum hortor studiosos
iuuenes, ut, quoad liceat, picturæ plu-
rimam operam impendant. Proxime
eos moneo, qui picturæ studiosissimi
sunt, ut omni opera & diligentia pro-
sequantur ipsam perfectam pingendi
artem tenere. Sít uobis, qui pictura
præstare contenditis, cura in primis
nominis & famæ, quam ueteres asse-
cutores uidetis. Ac meminisse quidem
iuuabit, semp aduersam, laudi & uir-
tuti, fuisse auariciā. Quæstui enim in-
tentus animus, raro posteritatis fru-
ctum assequetur. Vidi ego plerosque in
ipso quasi flore perdiscendi, illico deci-
disse ad quæstum, & nec diuitias, nec
laudem ullam inde fuisse adeptos, qui

si ingeniu studio auxissent, in laudem
facile conciderent, quo in loco & di-
uitias & uoluptatē accepissent. Itaq
de his satis haec tenus. Ad institutū re-
Pictura in deamus. Picturā in tres partes diu-
tres partes dīmus, quam quidem diuisionem ab
diuidi po= ipsa natura compertū habemus. Nam
tq. cum pictura studeat res uisus represe-
nare, notemus quemadmodū res ipsæ
sub aspectū ueniāt. Principio quidem
cum quid aspicimus, id uidemus esse
aliquid quod locum occupet. Pictor
uerò huius loci spaciū circūscribet,
eamq rationē, ducendē fimbriæ, apto
vocabulo circūscriptionē appellabit,
proximè intuentes dignoscimus, ut
plurimæ prospecti corporis superficies
inter se conueniant, hasq superficiērū
coniunctiones artifex suis locis desi-
gnās, rectè compositionē nominabit.
Postremō aspiciētes, distinctius super-
ficierū colores discernim̄us, cuius rei
representatio in pictura quod omnes
fermè differentias à luminib. recipiat,
percomodē apud nos, receptio lumi-
num

num dicetur. Picturā igitur circūscri^tri Tria pictu
ptio, compositio, & lumen receptio ram perfis-
perficiunt. De his ergo sequitur ut q̄d ciunt.
breuissimè dicamus & primo de circū
scriptione. Circumscrip^tio quidem ea
est, quæ lineis ambitum fimbriarū in
pictura conscribit. In hac Parrhasium
pictorem eum cum quo est apud Xe-
nophontem Socratis sermo, pulchre
peritum fuisse tradunt. Illum enim lí-
neas subtilissimè examinasse aiunt. In
hac uero circūscriptione illud præci-
puè seruādum censeo, ut ea fiat lineis
quām tenuissimis, atq̄ admodū uisum
fugientibus, cuiusmodi Apellem pi-
ctorem exerceri solitum, ac cum Pro-
thogene certasse referunt. Nam & cir-
cumscrip^tio aliud nihil quām fimbria-
rum notatio est, quæ quidem si ualde
apparenti linea fiat, non margines su-
perficierū in pictura, sed rimulæ ali-
quæ apparebūt. Tum cuperem aliud
nihil circumscriptione, nisi fimbria-
rum ambitum prosequi. In qua qui-
dem uehementer exercendū affirmo.

Nulla enim compositio, nullaq; lumi-
num receptio, non adhibita circuſcri-
ptione, laudabitur. At sola circunſcri-
ptione plerunq; gratissima est. Circum-
scriptioni ergo opera detur, ad quam
quidem bellissime tenendam, nihil ac-
commodatius inueniri posse existimo,
quam id uelum, quod ipſe inter fami-
liares meos sum ſolitus appellare, in-
tercifionē. Cuius ego uſum nunc pri-
mum adinueni. Id iſtiusmodi eſt. Ve-
lum filo tenuiſſimo, & rare textum,
quouis colore tintum, filis grossio-
ribus in parallellas portiones, quadris
quot libeat diſtinctū, telarioq; diſten-
tum, quod quidem inter corpus re-
preſentandū atq; oculum conſtituo,
ut per ueli raritates, pyramiſ uifiua
penetret. Habet enim hæc ueli inter-
cifio, profecto cōmoda in ſe non pau-
ca: primo quod eadē ſemper im-
motas ſuperficies referat. nam poſitis
terminis illico pristinā pyramidis cu-
ſpidem reperies, quæ res abſcq; interci-
ſione ſanè perdiſcillima eſt. Et noſti
quam

quām sit impossibile aliquid pingendo recte mutari, quod nō de se perpetuo eandem pingenti faciem seruet. Hinc est quod picta ab alijs **res**, cum semper eandem faciem seruent, facilis quām sculptas emulantur. Tum nosti, quām inter uallos accentrici positione mutatis, res ipsa uisa, alterata esse appareat. Itaq; hanc non mediocrem, quam dixi utilitatem, uelū præstabit, ut res semper eadem ē conspectu persistat. Proxima utilitas est, quod fimbriarum situs & superficierum termini, certissimis in pingenda tabula locis, facile constituī possint. Nam cū istoc in paralello, frontem: in proximo, nasum: in propinquo, genas: in inferiori, mentum, & istiusmodi omnia, in locis suis disposita intuearis, itidem in tabula aut pariete, suis quoq; paralellis diuisa, illico bellissimē omnia collocarīs. Postremo hoc idem uelum, maximum, ad perficiendam picturam, adiumentū præstat, quando quidem rem ipsam præd
minentem

míttentem, & turgidam in istac plánitie ueli conscriptam, & depictam, uideas. Quibus ex rebus quantum ad facile & rectè pingendum utilitatem uelum exhibeat, satis & iudicio & experientia intelligere possumus. Nec eos audiam, qui dicunt mínimè conducere pictorem his rebus assuefieri, quæ & si maximum ad pingendum adiumentum afferant, tamen huiusmodi sunt, ut absq; illis, uix quicquā per se artifex possit. Non enim à pictore, nifallor, infinitum laborem exposcimus, sed picturam expectamus, eam quę maximè prominens, & datis corporibus persimilis uideatur. Quā rem quidem non satis intelligo quoniam pacto unquam sine ueli adminículo, possit quispiam, uel mediocriter assequi. Igitur intercōsione hac, id est uelo, ut dixi, utantur, hi qui student in pictura pficere. Quod si absq; uelo experiri ingenium delectet, hanc ipsam paralellorum rationem intuitu consequātur, ut semper lineam illic trans

transuersam, ab altera perpendiculari, perfectam imaginetur, ubi prospectum terminum in pictura statuant. Sed cum plerunque inexpertis pictori bus fimbriæ superficierum dubiae & incertæ sint, ueluti in uultibus, qui non decernunt, quo potissimum loco tempora à fronte discriminentur, edocendi idcirco sunt, quoniam argumento eam rei cognitionem assequantur. Natura id quidem pulchre demonstrat. Nam ut in planis superficiebus intuemur, ut suis proprijs luminibus & umbris insignes sint, ita & in sphæricis atque concavis superficiebus, quasi in plures superficies easdem diuersis umbrarum & luminum maculis, quadratas uideamus. Ergo singulæ partes claritate, & obscuritate differentes, pro singulis superficiebus habendæ sunt. Quod si ab umbroso, sensim deficiendo ad illustrem colorem, uisa superficies continuârit, tunc medium, quod inter utrunque

utrumque spaciū est, linea signare oportet, quō omnīs colorandi spaciī ratio minus dubia sit. Restat ut de circumscriptione aliquid etiam referamus, quod quidē ad compositionē quoq; non parum pertinet, idcirco nō ignorandum est, quid sit compositio in pictura. Est autem compositio ea pingendi ratio, qua partes in opus picturæ componuntur. Amplissimum pictoris opus historia, historiae partes, corpora: corporis pars membrum: membra pars est superficies. Etenim cum sit circumscriptio ea ratio pingendi, qua fimbriæ superficierum designantur cuiq;, & superficierū aliæ paruæ, ut animantium: aliæ ut ædificiorum, & Colosorum amplissimæ sint, de paruis superficiebus circumscribendis, ea præcepta sufficient, quæ hactenus dicta sunt. Nam ostensum est, ut eadem pulchrè uelo metiamur. In maioribus ergo superficiebus circumscribendis, noua ratio reperienda est. Qua de re quæ supra in rudimentis

mentis à nobis de superficiebus, radijs, pyramideq; atq; intercisione, exposita sunt, ea omnia menti repetenda sunt. Deniq; meministi quæ de paumenti paralellis, & centrico punto, atq; linea differui. In paumento ergo paralellis inscripto, alæ murorum, & quævis huiusmodi, quas incumbentes nuncupauimus superficies, coedificandæ sunt. Dicam ergo breuiter, quid ipse in hac coedificatione efficiā. Principio ab ipsis fundamentis exordium capio: Latitudinē enim & longitudinem murorū in paumento describo. In qua quidem descriptione illud à natura animaduerti, nullius quadrati corporis rectorum angulorum, plusquam duas solo incumbentes sunt superficies, uno aspectu posse videri. Ergo in describendis parietum fundamentis, id obseruo, ut solum ea latera circumeam, quæ sub aspectu patent. Ac primo semper à proximioribus superficiebus incipio, maximè ab his, quæ æque ab intercisione distant.

stant. Itaque has ego ante alias conscribo, atque quam uelim esse harum ipsarum longitudinem ac latitudinem, ipsis in pauimento descriptis parallelis, constituo. Nam quote ea uelim esse brachia, tot mihi parallellos assumo. Medium uero parallelorum ex utriusque diametri mutua sectione accipio. Itaque hac parallelorum mensura, pulchre latitudinem atque longitudinem surgentium a solo medium cōscribo. Tum altitudinem quoque superficierum hinc non difficilime assequor. Nam quae mensura est inter centricā lineā, & eum paumenti locum, unde ædificij quantitas insurgit, eandem mensuram, tota illa quantitas seruabit. Quod si uoles istanc quantitatē, ab solo esse usque in sublime quater, quam est hominis picti longitudo, & fuerit linea centrica ad hominis altitudinem posita, erunt tunc quidem ab infimo, quantitatis capite, usque ad centricam linēam, brachia tria. Tu uero qui istam quantitatatem uis usque ad brachia XII excre

ex crescere, ter tantundem, quantum
est à centrica usq; ad inferius quanti-
tatis caput sursum uersus educito. Er-
go ex his quæ retulimus rationibus
pingendi, probè possumus omnes an-
gulares superficies circumscribere.
Restat ut de circularibus superficie-
bus suis simbrijs conscribendis, enar-
remus. Circulares quidem ex angula-
ribus extrahuntur. Id ipse sic facio
Areolā quadrangulo æquilatero re-
ctorum angulorū incircuo, huiuscq;
quadranguli latera in partes eiusmo-
di diuīdo, in quales partes inferior,
in pictura, quadranguli linea diuisa
est. Lineasq; à singulis punctis, ad sibi
oppositos punctos diuisionum du-
cens, paruis quadrangulis aream re-
pleo illicq; circulum, quam uelim ma-
gnum, super inscribo, ut mutuo se-
se cirkulus & parallellæ lineæ secent.
Omnesq; sectionum punctos lo-
co adnoto, quæ loca in suis para-
lellis pavimenti descripti in pictura
consigno. Sed quia esset extremus

Areola

labor

labor minutis, ac penè infinitis paralellis totum círculum multis, ac multis locis percidere, quoad numerosa punctorū consignatione, fimbria círculi continuaretur: Idcirco ipse cum octo, aut quod libuerit, percisiones notaro tum ingenio, eum círculi ambitum, pigendo ad ipsos signatos terminos duco. Fortassis breuior esset uia, hanc fimbriam ad umbram lampadis circumscribere: modo corpus, quod umbram efficiat, certa ratione lumen exciperet, & suo leco interponeretur. Itaq; diximus ut paralellorū adiumentis, maiores superficies angulares, & circulares circunscribantur. Absoluta igitur omni circumscriptione, sequitur ut de compositione dicentur quid sit. Repetendū idcirco est quid sit compositio. Est autem compositio ea pingendi ratio, qua partes in opus picturæ componuntur. Amplissimum pictoris opus, non Colossus, sed historia est. Major enim est ingenij laus in historia, quam in Colosso. Historię partes

partes corpora, corporis pars mem-
brum est. Membri pars est superfi-
cies. Primae igitur operis partes, su- Operis par-
perficies, q̄ ex his membra, ex mem- tes que.
bris corpora, ex illis historia, ex qua
ultimū illud quidē & absolutū pictō-
ris opus perficitur. Ex superficierum
compositione illa elegans in corpori
bus concinnitas, et gratia extat, quam
pulchritudinem dicunt. Nam his uul-
tus, qui superficies alias grandes, alias
minimas illuc prominentes, istuc in-
tus nīmum retrusas, & reconditas ha-
buerit, quales in uetularum uultibus
uidemus: erit quidem is, aspectu tur-
pis. In qua uero facie ita uincitæ ade-
runt superficies, ut amena lumina in
umbras suaves defluant, nullæq; an-
gulorum asperitates extent, hanc me-
rito formosam, & uenustam faciem di-
cemus. Ergo in hac superficierū com-
positione, maximè gratia & pulchri-
tudo perquirienda est. Quonam uero
pacto id assequamur, nulla admodū
mihi uisa est uia certior, quam ut na-
turam

turam ipsam intueamur, diuq; ac diligentissimè spectemus, quemadmodum natura mira rerū artifex, in pulcherrimis membris superficies cōposuerit. In qua imitanda, omni cogitatione & cura uersari, uelocq;, ut diximus, uehementer delectari oportet. Dumq; superatas à pulcherrimis corporibus superficies, in opus relatu*i* sumus semper terminos prius destinemus, quò lineas certo loco dirigamus. Hactenus de superficieū compositione. Sequitur ut de cōpositione membrorū referamus. In membrorū

Cōpositio cōpositione danda in primis opa est, membrorū ut quæq; inter se membra cōueniant. Ea quidē tūc cōuenire pulchrè dicuntur, cum & magnitudine & officio & specie & coloribus & cæteris, si quæ sunt huiusmodi rebus, ad uenustatē et pulchritudinē correspōdeant. Quod si in simulachro aliquo caput amplissimū, pectus pusillū manus p ampla, pes tumens, corpus turgidū adsit, ea sanè cōpositio erit aspectu deformis.

Ergo

Ergo quedam circa magnitudinē ratiō tenenda est. In qua quidem commensuratione, iuuat in animantibus pingendis, primum ossa ingenio subtercolare. Nam hec quod minime inflectantur, semper certā aliquā sedem occupant. Tum oportet neruos & musculos, suis locis inhærere. Denique extremū carne & cute ossa, & musculos uestitos reddere. Sed hoc in loco fortassis aderunt quidam obīcientes, quod supra dixerim, nihil ad pīctorē earum rerū spectare, que nō uideant. Recte illi quidē, sed uelut in uestiendo prius nudum subſignare oportet, quē postea uestibus obambiendo inuoluamus, sic in nudo pingēdo, prius ossa & musculi disponendi sunt quos moderatis carnibus & cute ita operias, ut quo sint loco musculi nō difficile intelligantur. At enim cū has omnes mensuras natura ipsa explicatas, in mediū exhibeat, tum in eisdē, ab ipsa natura, proprio labore recognoscendis utilitatem nō modicam inuenier

studiosus pictor. Idcirco labore hunc
Symmetria studiosi suscipiant, ut quantū in sym-
metria membrorū recognoscenda stu-
dij & operæ posuerint, tantum sibi ad
eas res quas dídicent memoria fir-
mandas, profuisse intelligent. Vnum
tamen admoneo, ut in commensuran-
do animante, aliqua illius ipsius ani-
mantis membrum sumamus, quo cæ-
tera metiamur. Vítruuius archite-
ctus, hominis longitudinem pedibus
di numerat. Ipse uero dignius arbi-
tror, si cætera ad quantitatem capitis
referantur. Tametsi hoc animaduer-
ti, fermè cōmune esse in hominibus,
ut eadem & pedis, & quæ est à mento
Aliás uer= ad ceruicem capitis, mensura intersit.
ticem. Itaq; uno suscepto membro, huic cæ-
tera accōmodanda sunt. Ut nullum
in toto animante, membrū adsit lon-
gitudine aut latitudine, cæteris non
correspondens. Tum prouidendum
est, ut omnia membra suum, ad id de
quo agitur, officium exequantur. De
cet currentē manus nō minus iactare
quām

quam pedes. At philosophorū oran-
tem, malo in omni membro, sui mo-
destiam, quam palestram ostendet. *ταλαι-*
Demon pictor, Hoplicitem in certa- *σπε.* Lu-
mine expressit, ut illū sudare tum qui, *tus & lo-*
dem diceres, alterūq; arma deponen- *cus.*
tem planè, ut anhelare uideret. Fuit
& qui Vlyxem pingeret, ut in eo nō
ueram, sed fictam & simulatam insa-
niam agnoscas. Laudatur apud Ro-
manos historia, in qua Meleager de-
functus asportatur, & qui subsunt,
angī, & omnibus membris laborare
uideantur. In eo uero qui mortuus
sit, nullum adsit membrū, quod non
demortuum appareat, scilicet omnia
pendent, manus, digitī, ceruix; om-
nia languida decidunt. Deniq; omnia
ad exprimendam corporis mortem,
congruunt, quod quidem omniū dif-
ficillimū est. Nam omni ex parte ocio
sa in corpore membra effingere, tam
summi artificis est, quam uiua omnia,
& aliquid agentia redderet. Ergo hoc
ipsum in omni pictura seruandū est,

C 3 ut quæq;

ut quæcunque membra suum, ad id de quo agitur, officium ita peragant, ut ne minimus quidem articulus, pro re, uacet munere adeo, ut mortuorum membra, ad unguem usque, mortua, uiuentium uero omnia, uiuia esse videantur. Viuere corpus tum dicitur, cum motu quodam, sua sponte, agatur. Mortemque, ait, esse, ubi membra uitæ officia, hoc est motum & sensum, amplius ferre nequeunt. Ergo quæ corporum simulachra, pictor, uiuia apparere voluerit, in his efficiet, ut omnia membra suos motus exequantur. Sed in omni motu uenustas & gratia sectanda est. Ac maximè hi membrorum motus, uiuaces & gratissimi sunt, qui aera in altum petunt. Tum speciem quoque diximus in componendis membris spectandam esse. Nam per absurdum esset, si Helenæ, aut Iphigeniæ manus, seniles & rusticanæ uiderentur. Aut si Nestori pectus tenerum & cœruix lenis; aut si Ganimedi frons rugosa, crura athlegæ; aut si Miloni, omnium robustissimo

simo, latera leuia & gracilia addere-
mus. Tum etiam in eo simulachro, in
quo uultus sint solidi, & succi pleni,
ut aiunt, turpe esset lacertos & ma-
nus macie absumptas agere. Cōtraq̄
qui Achamenidem, ab Aenea, in in-
sula inuentū, pingeret facie, qua eum
fuisse, Virgilius refert; nec cætera fa-
ciei conuenientia sequerentur, esset
is quidē pictor perridiculus, atq̄ in-
eptus. Itaq̄ specie omnia conueniant
oportet. Tum colore quoque inter-
se corraspondeant, uelim. Nam qui-
bus sint uultus rosei, uenusti, niuei,
his pectus ac cætera membra fusca,
& truculenta minimè conueniunt.
Ergo in compositione membrorum,
quæ de magnitudine, officio, specie
& colorib⁹ tenenda sunt: diximus
satis. Nam rei pro dignitate omnia
subsequentur oportet. Et Venerem
aut Mineruam saga indutam, mini-
mè conuenit. Iouem, aut Martem,
ueste muliebri indecenter uestires.
Castore & Pollucem prisci pictores,

pīngendo curabant, ut cum gemelli
uiderentur, in altero tamen pugilem
naturam, in altero agilitatē discerne-
res. Tum & Vulcano claudicandi ui-
tium apparere, sub uestibus uolebant.
Tantum illis erat studiū pro officio,
specie & dignitate, quod oportet ex-
Corporum primere. Sequitur corporum compo-
compositio sitio, in qua omne pictoris ingenium
& laus uersatur. Quam quidē ad com-
positionem, nonnulla, in composi-
tione membrorum dicta, pertinent.
Nam officio & magnitudine corpo-
ra omnia, in historia cōueniant opor-
tet. Si enim Centauros in cœna tu-
multuantes pīnxeris, ineptum esset,
in tam efferato tumultu, aliquem ui-
no sopitum accubare. Tum etiam ui-
tium esset, si homines pari distantia,
alijs alijs multo maiores: ut si canes,
equis pares, in pictura adessent. Nec
parum etiam uituperandū est, quod
plerunque uideo pīctos in ædificio
homines, quasi in scrinio reclusos, in
quo uix sedentes, & in orbem coacti
recipiāntur

recipiatur. Corpora igitur omnia, & magnitudine & officio, ad eam rem de qua agitur, cōueniant. Historia ue Historia
rò quā ineritò possis & laudare & admirari ciūsmodi erit, quæ illecebris quibusdā fese ita amoēnā & ornatam exhibeat, ut oculos docti atq; indocti spectatoris, diutius quadā cum uoluptate, & animi motu, detineat. Primū enim quod in historia uoluptatē afferrat, est ipsa copia & uarietas rerum. Ut enim in cibis atq; in Musica semper noua & exuberantia, cum cæteras fortassis ob causas, tum nimirum eam ob causam delectat, quod ab uetustis & consuetis differant. Sic in omni rerum uarietate, animus & copia admodum delectatur. Idcirco in pictura, & corporū & colorum uarietas amoēna est. Dicam historiā esse copiosissimā illam, in qua suis locis permixti aderunt senes, uiri, adolescētes, pueri, matronæ, uirgines, infantes, cicures, castelli, auiculæ, equi, pecudes, ædificia, prouinciae: omnemq; copiam laueo dabo

dabo, modo ea ad rem de qua illuc agi-
tur, conueniat. Fit enim ut cum spe-
ctantes, lustrandis rebus morentur,
cum pictoris copia gratia assequatur.
Sed hanc copiam uelim cum uarieta-
te quadam esse ornatam, tum dignitate
& uerecundia grauem atque modera-
tam. Improbo quidem eos pictores,
qui quo uideri copiosi, quoue nihil ua-
cuum relictum uolunt, eorum nullam se-
quuntur compositionem, sed confusae &
dissolutae omnia disseminant, ex quo
non rem agere, sed tumultuare, histo-
ria uidetur: ac fortassis qui dignitatem
in primis in historia cupiet, huic soli-
tudo admodum tenenda erit. Ut enim
in principe, maiestatem affert uerborum
paucitas, modo sensa & iussa intelli-
gantur, sic in historia competens cor-
porum numerus, adhibet dignitatem,
uarietas gratiam affert. Odi solitudinem
in historia, tamen copiam minime lau-
do, quae a dignitate abhorreat. Atque in
historia id uehemeter approbo, quod
a poetis tragicis atque comicis obserua-
tum

tum video, ut q̄ possint paucis perso-
natis fabulam doceant. Meo quidem
ſudicio nulla erit uſq; adeò tanta rerū
uarietate referta historia, quā nouem *Historia*
aut decem homines nō possint condi- *nouem aut*
gne agere, ut illud Varronis huc pertī *decem per*
nere arbitror, qui in cōuiuio tumultū *sonis agi*
euitans, non plusquām nouem accu- *poterit,*
bantes, admittebat. Sed in omni histo-
ria, cum uarietas iocūda eſt, ea tamen
in primis omnibus grata eſt pictura,
in qua corporū status atq; motus, in-
ter ſe multo diſſimiles ſunt. Stent igi-
tur alijs toto uultu conſpicui, manibus
ſupinis, & digitis miſatibus, alterū in
pedē innixi: alijs aduersa ſit facies, &
deimissa brachia, pedesq; iniucti, ſingu-
lisq; ſinguli flexus, & actus extēt: alijs
conſideāt, aut in flexo genu morētur,
aut propē incumbāt, ſintq; nudi, ſi ita
deceat, aliq: nōnulli mixta ex utriscq;
arte, partim uelati, partim nudi affi-
ſtant. Sed pudori ſemp & uerecundiæ
inſeruiamus. Obscenæ quidem cor-
poris, & hæ oīnes partes, quæ parum
gratiæ

gratiæ habent, panno, aut frondibus,
aut manu operiantur. Apelles Anti-
gonis imaginē, ea tantū parte uultus
pingebat, qua oculi uitium non ade-
rat. Et Homerus, cum naufragū Ulis-
sem è somno excitāt, ex sylua, ad mu-
liercularum uocem progredi nudum
faceret, homini, ex frondibus arboreis
ramum, obscenarū partium corpo-
ris, tegumentū, dedisse legitur. Peri-
clem referunt, oblongum & deformē
habuisse caput, idcirco à pictoribus &
sculptoribus, nō ut cæteros in operto
capite, sed casside uestito, eum formari
solitum. Tum antiquos pictores, re-
fert Plutarchus, solitos in pingendis
regibus, si quid uitij erat formæ, non
id p̄termissum uideri uelle, sed quam
maximè possent, seruata similitudine,
emendabāt. Hanc ergo modestiam &
uerecundiam in uniuersa historia ob-
seruari cupio, ut foeda aut prætereantur,
aut emendentur. Deniq; ut dixi,
studendum censeo, ut in nullo ferme
idem gestus, aut status conspiciatur.

Animos

Animos deinde spectatum mouebit
historia, cum qui aderint quieti homi-
nes, suum animi motum maximè præ-
se ferent. Fit namque natura, qua nihil
sui similiū rapatius inueniri potest,
ut lugentibus, collugeamus: ridenti-
bus, arrideamus: dolentibus, condo-
leamus. Sed hi motus animi, ex moti-
bus corporis cognoscuntur. Nam ui-
demus, ut tristes, quod curis adstricti,
& ægritudine defessi sint, totis sensi-
bus ac uiribus torpeat, interque pallen-
tia, & admodū labentia membra, sese
lenti detineant. Est quidem merenti-
bus pressa frons, ceruix languida, de-
nique omnia ueluti defessa, & neglecta
procidunt. Iratis uero, quod animi ira
incendantur, & uultus & oculi intu-
mescunt, ac rubent, membrorumque om-
nium motus, pro furore iracundiæ, in
eisdem acerrimè & iactabundi sunt.
Læti autem & hilares cum sumus, tum
solutos, & quibusdā fixionibus gra-
tos motus habemus. Laudatur Eu-
phranor, quod in **Alexandro Paridis**
uultus

uultus & faciem effecerit, in qua illum
& iudicem Dearum, & amatorē He-
lenæ, & unā Achillis interfectorē pos-
sis agnoscere. Est & dæmonis picto-
ris mirifica laus, quod in eius tabulis
adesse iraeundū, iniustum, inconstan-
tem, unaq; & exorabilem, & clemen-
tem, misericordem, gloriosum, humili-
lem, ferocemq; facile intelligas. Sed
inter cæteros referūt Aristidem The-
banum Apelli æqualem propè, hos
animi motus expressisse, quos certum
quidem est, & nos quoq; dum in ea re
studium & diligentia, quantū conue-
nit, posuerimus, pulchre assequimur.
Pictori ergo corporis motus notissi-
mi sint oportet, quos quidē multa so-
lertia à natura petendos censeo. Res
enim perdifficilis est propè, infinitis
animi motibus, corporis quoq; mo-
tus uariare. Tum quis hoc, nisi qui
expertus sit, crediderit, usq; adeò esse
difficile, cum uelis, ridentes uultus ef-
figiare, uitare id, ne plorabundi ma-
gis quam alacres uideantur? Tum ue-
ro &

to & quis poterit sine maximo studio
& diligētia uultus exprimere, in qui-
bus & os, & mentā, & oculi, & genæ,
& frons, & supercilia in unum ad lu-
ctum, aut ad hilaritatem conueniant;
Idcirco diligentissimè ex ipsa natura
cuncta perscrutanda sunt, semperqz
promptiora imitanda. Eaqz potissi- Pingenda
mum pingēda sunt, quæ plus animis, que sint.
quod excogitent, relinquant, quām
quæ oculis intueantur. Sed nos refe-
ramus nōnulla, quæ de motibus par-
tim fabricauimus nostro ingenio, par-
tim ab ipsa natura didicimus. Primū
reor oportere, ut omnia inter se cor-
pora ad eam rem, de qua agitur, con-
cinnitate quadam moueantur. Tum
placet in historia adesse quempiam,
qui earum quæ gerantur rerum, spe-
ctators admoneat, aut manu ad ui-
sendum aduocet, aut, quasi id nego-
cium secretum esse uelit, uultu, ne eo
proficiſcare, truci, & toruis oculis
minitetur: aut periculum, remue al-
quam illic admirandam demonstret;

aut u

aut ut unā arrideas, aut ut simul deplo-
res, suis te gestibus inuitet: deniq; &
quæ illi, cum spectantibus & quæ in-
ter se picti exequētur omnia, ad agen-
dam & docendā historiam, congruāt
necessē est. Laudatur Thimantes Cy-
prius in ea tabula, qua Colloteicū ui-
cīt: Quod cum in Iphigeniæ immola-
tione tristem Calcanta tristiorē fecis-
set Vlyssēm: inq; Menelao mōrōre
affecto, omnem artem & ingenīū ex-
posuisset, consumptis affectibus non
reperiens, quo dignē modo tristissimi
patris uultus referret, pannis inuol-
uit eius caputut: cuiq; plus relinque-
ret, quod de illius dolore animo medi-
taretur, quām quod posset uisu discer-
nere. Laudatur & nauis apud Romā-
ea in qua noster Etruscus picto Giot-
tus, undecim metu & stupore percul-
sos, ob socium, quem supra undas me-
antem uidebant, expressit, ita pro se
quenq; suum turbati animi inditium
uultu, & toto corpore præferentem,
ut in singulis, singuli affectionū mo-
tus ap-

tus, appareant. Sed decet hunc totum locum de motibus, breuissimè transigere. Sunt namqe motus alij animorum, Motus quos docti affectiones nuncupant, ut ira, dolor, gaudium, timor, desiderium, & eiusmodi: sunt & alij corporum. Nam dicuntur moueri corpora pleriqe modis, siquidē cum crescunt, aut minuantur: cumqe ualentes in ægritudinem cadunt, cumqe à morbo in uletudinem surgunt, cumqe locum mutant, & huiusmodi causis moueri corpora dicuntur. Nos autem pictores, qui motibus membris rotum uoluntius animos affectos exprimere, cæteris disputationibus omisis, de eo tantum motu referamus, quem tum factum dicunt, cum locus mutatus sit. Res omnis quæ loco mouetur, septem habet mouendi itinera. Nam aut sursum uersus, aut deorsum, aut in dexteram, aut in sinistram, aut illuc longè recedendo, aut contrà nos redeundo. Septimus uero mouendi modus, is qui in gyrum attingendo uergitur. Hos igitur omnes mo-

tus cupio esse in pictura. Ad sint corpora nonnulla, quae se ad nos porrigit, alia abeat horsum, dextrorsum, & sinistrorsum. Tum ex ipsis corporibus nonnullae partes aduersus conspectantes, ostententur, aliquae retrocedant, aliæ sursum tollantur, aliquæ in insimum tendantur. Sed cum in his expingendis motibus, ratio plerunque & modus transgrediatur: iuuat hoc loco de statu, & de motibus membrorum referre nonnulla, quae ex ipsa natura collegi, unde plane intelligatur qua moderatione his motibus utendum sit. Perspexi quidem in homine, quam in omni statu sui, totum substituat corpus capiti, membro omnium ponderosissimo. Tum si toto corpore idem in unum pedem institerit, semper is pes, tanquam columnæ basis, est ad perpendicularium capiti subiectus. Ac fermè semper eòstantis uultus porrectus est quò sit pes ipse directus. Capitis uero motus animaduerti, uix unquam ullam in partē esse tales, ut non semper aliquas

aliquas reliqui corporis partes sub se
positas habeat, quibus immane pon-
dus regat, aut certe in aduersam par-
tem, tanquam alteram lancem, aliquod
membrum protrahat, quod ponderi
respodeat. Namque idem videamus, dum
quis manu extensa, pondus aliquod
substantat, ut altero pede tanquam as-
se bilancis firmato, alia tota corporis
pars ad coequandum pondus contrâ si-
statur. Intellexi & stantibz caput, non
plus uerti sursum, q; quo oculi cœlum
medium contueantur, neq; in alterū la-
tus plus diuerti, quam usq; quo men-
tum, scapulā attigerit. In ea uero parte
corporis qua incingimur, uix unquā
ita intorquemur, ut humerum supra
umbilicū, ad rectā lineam super asti-
tuamus. Tibiarum & brachiorū mo-
tus, libiores sunt, modo cæteras cor-
poris honestas partes non impediāt.
At in his illud à natura perspexi, ma-
nus fermè nunq; supra caput, neq; cu-
bitū supra humeros eleuari. Neq; su-
pra genu pedem in altum attolli, neq;

f a pedem

pedem à pede plus distare, quam quantum pedis unius spaciū intersit. Tum spectaui si quā in altum protendamus manum, eum motum, cæteras omnes eius lateris partes, ad pedem usq; subsequi, ut etiam ipsius pedis calcaneus, eiusdem brachij motu, à pavimento eleuetur. Sunt his simillima perplurima, quæ diligens artifex animaduertet, & fortasse quæ ipse hactenus retulit, usq; adeò in promptu sunt, ut superflua uideri possint. Sed ea idcirco non negleximus, qd plerosq; in ea re uehementer errare nouerimus. Motus enim nimium acres exprimunt, efficiuntq; ut in eodem simulacro, & pectus & natæ, uno sub prospectu conspiciantur: quod quidem cum impossibile factu, sum indecentissimum uisu est. Sed hi quo audiūt, eas imagines maximè uitæ uideri, quæ plurimū membra agitant, cō histrionū motus, spreta omni picturæ dignitate, imitantur. Ex quo non modo gratia & lepore eorū opera nuda sunt, sed etiam artificis nimis feruens.

feruens ingenium exprimūt. Suaues enim & gratos, atq; ad rem de qua agi tur, condecētes habere pictura motus debet. Sit in uirginibus motus & habitudo uenusta, simplici ætate cōpta, atq; amœna, quæ statum magis sapiat & dulcem quietem quam agitationē: tametsi Homero, quē Zeusis secutus est, etiam in fœminis forma ualidissima placuit. Sint in adolescenti motus leuiores, iocundi, cum quadam significatione ualentis animi & uiriū. Sint in uiro motus firmiores, & status celeri palestræ admodū ornatī. Sint in senib; omnes motus tardi. Sintq; ipsi status defessi, ut corpus non pedibus modo ambobus sustineant, sed & manib; aliquo inhereant; deniq; pro dignitate cuiq; sui motus corporis, ad eos, quos uelis exprimere motus animi, referantur. Tum deniq; maximum anīmī perturbationū, maximē in membris significationes, assint necesse est. Atqui hæc de motibus ratio in omni animāte admodum cōmuniſ est.

f , Non

Non enim cōuenit bouem aratorem,
his motibus uti, quibus Bucephalum
generosum Alexandri equū. At cele-
brem illam Inachi filiam, quæ in uac-
cam conuersa sit, fortassis currentem
erecta eeuice, leuatis pedibus, intorta
cauda per apte pingemus. hæc de ani-
mantium motu breuiter excursa, suffi-
cient. Nunc uero quoniam & rerum
inanimatorum, eos omnes quos dixi
motus, in pictura necessarios esse arbi-
tror, quoniam illa pacto moueantur
dicendum censeo. Sanè & capillorū,
& iubarum, & ramorū, & frondium,
& uestium motus in pictura expressi
delectant. Ipse quidem capillos cupio
eos omnes quos retuli septem motus
agere. Etenim uertantur in gyrum,
nodum conantes atq; undent in aëra,
flammas imitantes, modoq; sub alijs
crinibus serpiant, modo sese in has,
atq; has partes attollant: sintq; item
ramorum flexus, & curuationes par-
tim in sublimè arcuati, partim intro-
cedant, partim ut funis, intorquean-
tur.

tur. Idq; ipsum in plicis pannorū obseruetur, ut ueluti ex trunko arboris rami in omnes partes emanent, sic ex plica succedant plicæ, utputa in suos ramos: in hisq; idem quoque omnes motus expleantur, ut nulla panni extensio adsit, in qua non idem fermè omnes motus reperiantur. Sed sint motus omnes, quod sæpius admoneo, moderati & faciles, gratiamq; potius quam admirationē laboris exhibeāt. Iam uerò cum pannos motibus aptos esse uolumus, cumq; natura sui panni graues, & assiduo in terram cadentes, omnes admodum flexiones refugiāt, pulchrē idcirco in pictura Zephyri, aut Austrī facies perflans inter nubes ad historiæ angulū ponetur, qua panni omnes aduersi pellantur. Ex quo gratia illa aderit, ut quæ corporū latera uentus feriat, quod panni uento ad corpus imprimantur, ea sub panni uelamento propè nuda appareant. A reliquis uerò lateribus panni uento agitatī, peraptè in aëra inundabunt.

Sed in hac uenti impulsione, illud caueatur, ne ulli pannorum motus contra uentum surgant, neue nimium refracti, neue nimium porrecti sint. Hæc igitur de motibus animantium, & rerum inanimatarum dicta, ualde à pictore seruanda sunt: tum etiam ea omnia diligenter exequenda, quæ de superficieum membrorum, corporumq; compositione, recensuimus. Itaque duæ à nobis partes picturæ absolutæ sunt, circumscrip^{tio} & cōpositio. Restat ut de luminū receptiōe dicendū sit. In rudimentis satis demōstrauimus, quā uim lumina ad uariandos colores habeat. Nā manētibus colorū generib. modo apertiores, modo restrictiores colores pro luminū, umbrarūq; pulsu fieri edocuimus, albumq; & nigrū, colores eos esse, qbus lumina & umbras in pictura exprimamus; ceteros uero colores tanquam materiā haberi, quibus luminis & umbræ alterationes adiganū. Ergo ceteris omissis explicandū est, quonā pacto sit pictori albo & nigro utendū.

Veteres

Veteres pictores, Polignotū & Thimantem quatuor coloribus, tantum usos fuisse, tum Aglaophon simplici colore delectatum, admirantur, ac si in tanto, quem putabat esse colorum numero, modicum sit, eosdem optimos pictores, tam paucos in usum delegisse, copiosiq̄ artificis putent, omnem colorū multitudinē ad opus congerere. Sanè ad gratiam & leporē picturæ affirmo, copiam colorū & uarietatem plurimum ualere, sed sic uelim pictores erudití existimant, summā industriam atq; artem, in albo tantum & nigro disponendo uerari, inq; his duobus probè locandis, omne ingenium & diligentiam consumandam. Nam uelutī lumen & umbræ casus id efficit, ut quo loco superficies turgeant, quōque in cœnū recedant, quantumue quæc pars declinet ac deflectat appareat. Sic albi & nigri concinnitas efficit illud, quod Nitiae pictori Atheniensi laudi datur. Quódue artifici in primis optans
f , s dum

dum est, ut suæ res pictæ maximè emi-
nere uideantur. Zeusim nobilissimū,
uetustissimumq; pictorē dicunt, quasi
principem ipsam hanc lumen &
umbrarum rationem, tenuisse. Ca-
teris uero ea laus minimè attributa
est. Ego quidem pictorem nullum
uel mediocrem putabo, eum qui non
planè intelligat, quam uim umbra
omnis & lumina in quibusq; superfici-
ebus habeant. Pictos ego uultus, &
doctis & indoctis cōsentientibus lau-
dabo, eos qui, ueluti exsculpti, extare
à tabulis uideantur, eosq; contrà uitu
perabo, quibus nihil artis, nisi fortas-
sis in lineamentis, eluceat. Bene con-
scriptam, optimè coloratam compo-
sitionem esse uelim. Ergo ut uitupe-
ratione careant, utq; laudem merean-
tur, in primis lumina & umbræ dili-
gentissimè notanda sunt. Atq; anim/
aduertendum quam in eam superfi-
ciem, in quam radij lumen feriant,
color ipse insignior atq; illustrior sit.
Tum ut dehinc sensim deficiente ui-

lumen

Iuminum, idem color, subfuscus redatur. Deniq; animaduertendum est, quo pacto semper umbræ lumínibus ex aduerso respondeant, ut nullo corpore superficies lumine illustretur, in quo eodem contrarias superficies, umbris obiectas, non reperiās. Sed quantum ad lumina albo, & umbras nigro imitandas pertinet, admoneo: ut præcipuum studium adhibeas ad superficies eas cognoscendas, quæ lumine, aut umbra pertactæ sunt.

Id quidem à natura & rebus ipsis pulchrè perdisces. Eas demum cum probè tenueris, cum leuissimo albo quam parcissimè suo loco intra simbrias colorem alteres, suoq; contrario loco, pariter nigrum illicò adiunges. Nam hac albi & nigri conlibratiōne, ut ita dicam, surgens prominentia, sit perspicatior. Dehinc parsimonia additamentis prosequere, quoad quid satis sit, assēcutum te sentias. Erit quidem ad eam rem cognoscendā iudex optimus speculum
Ac nescio

Ac nescio quo pacto res pictæ in speculo gratiā habeant, si uitio careant. Tum mirum est, ut omnis menda picturæ, in speculo deformior apparet. A natura ergo suscepta, speculi iudicio emēdentur. Sed liceat hic nonnulla, quæ à natura hausimus, referre. Animaduerti quidem, ut planæ superficies, uniformem, omni loco sui, colorem seruent: Sphæricæ uero & concavæ, colores uariant. Nā istic clarior, illic obscurior. Alio uero loco, mediæ coloris species, seruantur. Hæc autem coloris in non planis superficiebus alteratio, difficultatē exhibet ignauis pictoribus; sed si, ut docuimus, recte simbrias superficerum pictor cōscriperit, lumenq; sedes discriminârit, facilis tum quidem erit colorâdi ratio. Nam leuissimo quasi rore primum usq; ad discriminis linéam, albo aut nigro eam superficiē, ut oporteat, alterabit: Dehinc aliam, ut ita loquar, irrorationem citrâ linéam, post hanc aliam citrâ hanc, & citrâ

citrà eam aliā superaddendo assequetur, ut cum illustrior locus apertiori colore pertinctus sit, tum idem deinceps color, quasi fumus, in contiguas partes diluatur. At meminisse oportet, nullam superficiem usq; adeo dealbandam esse, ut eandē multò ac mul-
tò candidiore nequeas efficere. Ipsas quoq; nūueas uestes, exprimendo ci-
trà ultimū candorem, longè residen-
dū est. Nām habet pictor aliud nihil,
quām album colorem, quō ultimos
tersissimarū superficierū fulgores imi-
titur: solumq; nigrum inuenit, quo
ultimas noctis tenebras referat. Idcir-
eo in albīs uestibus pingendis, unum
ex quatuor generibus colorum, susci-
pere opus est, quod quidem apertum
& clarum sit: Idq; ipsum contrā in ni-
gro, fortassis pallio pingendo, alium
extremum, quod nō longè ab umbra
distet, ueluti profundi, & nigrantis
maris colorē sumemus. Deniq; uim
tantum hæc albi & nigri compositio
habet, ut arte & modo facta, aureas,
argenteasq;

argenteasq; ac uitreas splendidissimas superficies, demonstret in pictura. Ergo uehemeter uituperandi sunt pictores, qui albo intemperanter, & nigro indiligerenter utuntur. Ideo ipse uellem apud pictores album colorē longē carius, quam præciosissimas gemmas, coémi. Cōduceret quidem album & nigrum, ex illis unionibus Cleopatræ, quos aceto colligabat, constare, quo eorum auarissimi redderentur. Nam & lepidiora opera, & ad ueritatem proximiora essent, neque facile dici potest, quantum esse oporteat distribuendi albi, in pictura, parsimoniam, atque modū. Hinc solitus erat & Zeufis pictores redarguere, quod nescirent quid esset nimis. Quod si uitio indulgendum est, minus redarguendi sunt, qui nigro admodum profuse, quam qui albo paulum intemperanter utantur. Natura enim ipsa indies atrum & horridum opus, usu pingendi odisse discimus. Continuoq; quod plus intelligi

Intelligimus, eò plus ad gratiam & uenustatem manum delinitam redimus. Ita natura omnes aperta & clara amamus. Ergo qua in parte facilior peccato uia patet, eò obstruenda est magis. Hæc de albi & nigri usu dicta hactenus. De colorum uero generibus, etiam ratio quædam adhibenda est. Sequitur ergo ut de colorum generibus nonnulla referamus, colorum non id quidem, quemadmodum Vi genera. truuius architectus, quo loco rubrica optima, & probatissimi colores inueniantur. Sed quonam pacto selecti, & ualde pertriti colores in pictura componendi sint. Ferunt Eu phranorem priscum pictorem, de coloribus non nihil mandasse literis, ea scripta non extant hac tempestate. Nos autem qui hanc picturæ artem, seu ab alijs olim descriptam, ab inferis repetitam, in lucem restituimus: siue nunqà quoquà tractatà, à superis deduximus, nostro, ut usqe fecimus, ingenio, pro instituto rem prosequamur.

Velim

Velim genera colorum & species,
quoad id fieri possit, omnes, in pictu-
ra quadā cū gratia & amoenitate spe-
ctari. Gratia quidē tunc extabīt, cum
exacta quadam diligentia colores co-
loribus aderunt: ut si Dianam agen-
tem choros pingas, huic nymphæ ui-
rides, illi propinquæ candidos, pro-
ximæ huic purpureos, alteri croceos
amicitus dari conuenit. Ac deinceps
istiusmodi colorum diuersitate, certe
induantur, ut clari semper colores, ali-
quibus diuersi generis obscuris colo-
ribus, coniungantur. Nam ea quidem
coniugatio colorum, & uenustatem,
à uarietate: & pulchritudinē, à com-
paratione illustriorem refert. Atqui
est quidē nonnulla inter colores ami-
citia, ut iuncti alter alteri gratiam &
uenustatem augeat. Rubeus color: si
inter cœlestem & uiridem medius in-
sideat, mutuū quiddam utrīscq; fusi-
tat decus. Niveus quidem color, non
modo inter cinereum atq; croceū po-
litus, sed penè omnibus coloribus hi-
laritatem

lalitatem præstat. Obscuri autem colores, inter claros, nō sine insigni dignitate assident. Paricq; ratione inter obscuros, clari bellè collocantur. Ergo quam dixi uarietatem colorū, in historia pictor disponet. At sunt qui auro immodice utantur, quod aurum putent quandam historiæ afferre maiestatē, eos ipse planè non laudo, quin & si eam uelim Didonē Virgilij expingere, cui pharetra ex auro, in aurumq; crines nodabantur. Aurea cui fibula uestem subnectebat, aureisq; frenis ueliebatur, omniaq; splendebat auro. Eam tamen aureorū radiorum copiam, quæ undiq; oculos uisentium perstringat, potius coloribus imitarī enītar, quam auro. Nam cum maior in coloribus sit artificis admiratio, & laus, tum etiam uidere licet, in planā tabula auro posito, ut pleraq; superficies, quas claras & fulgidas representare oportuerat, obscuræ uisentibus appareant. Aliæ fortassis quæ umbrosiores debuerant esse, luminosio-

res porrigantur. Cætera quidem fabrorū ornamenta, quæ picturæ adiunguntur, ut scilicet circumsculptæ columnæ, & bases & fastigia, non sanè uituperabo, si ex ipso argento atq; auro solido, uel admodum purissimo fuerint. Nam & gemmarum quoq; ornamentis, perfecta & absoluta historia dignissima est. Hactenus picturæ partes tres, breuissimè transacte à nobis sunt. Diximus de circumscriptione minorum & maiorum superficierum. Diximus de compositione membrorum, atq; corporum. Diximus de coloribus, quantum ad pictoris usum pertinere arbitrabamur. Omnis igitur pictura à nobis exposta est, quam quidem in tribus his rebus consistere prædiximus: circumscriptione, compositione & lumenum receptione.

Sed

LEONIS BAPTISTAE

DE ALBERTIS, LIBER III.

PICTOR INCIPIT.



ED cum ad p̄fectū p̄tōrem instituendū, ut
om̄es quas recensuimus
laudes, assequi possit, nō
nulla etiā supersunt, quē
his commentarijs minime pr̄etereun-
da censeo, ea quām breuissimē refera-
mus. Pictoris officiū est, quævis data Pictoris
corpora ita insuperficie lineis & co- officium
loribus conscribere atq; pingere, ut
certo intervallo, certaq; centrici ra-
dij positione constituta, quæq; picta
uideas, eadem prominentia, & datis
corporibus persimillima videantur.
Finis pictoris laudem, gratiam & be-
nevolentiā, magis quām dixitias ex
opere adipisci. Id quidem assequetur,
dum eius pictura oculos, & anīmos
spectantium tenebit, atque mouebit.
Quæ res quonam argumento fieri
possint, diximus cū de compositione,

g 2 a:q;

atq; lumen receptione supra discep-
tuius. Sed cupio pictorem, quo
hæc possit omnia pulchre tenere, in
primis esse uirum & bonū, & doctum
bonarum artium. Nam nemo nescit
quantum probitas, uel magis quām
omnis industria, aut artis admiratio,
ualeat ad beneuolentiā ciuiū com-
parandam. Tum nemo dubitat bene-
uolentiam multorum artifici pluri-
mum cōferre ad laudem, atq; ad opes
parandas. Siquidem ex ea fit, ut non
nunquām diuites beneuolentia, ma-
gisquām artis peritia moucantur, ac
lucra ad hunc potissimum modestum
& prōbum deferant, spredo alio peri-
tiore sane, sed fortassis intemperanti.
Quæ cum ita sint, moribus egregiè
interuendū erit artifici, maximē hu-
manitati & facilitati, quò & beneuo-
lentiam, firmum contrā paupertatem
præsidium, & lucra, optimum ad per-
ficiendam artem, auxilium, assequa-
tur. Doctum uero pictorē esse opto,
quoad eius fieri possit, omnibus in
artibus

artibus liberalibus, sed in eo præser-
tim Geometriæ peritiam desidero.
Assentior quidem Pamphilo anti-
quissimo & nobilissimo pictori, à quo
ingenui adolescentes primo pictu-
ram didicere. Nam erat eius senten-
tia, futurum neminem pictorem bo-
num, qui Geometriam ignorârit

Nostra quidem rudimenta, ex qui-
bus omnis absoluta & perfecta ars
picturæ depromitur, à Geometra fa-
cile intelliguntur. Eius uero artis im-
peritis, neq; rudimenta, neque ullas
picturæ rationes, posse satis parere
arbitror. Ergo Geometriam pictori
bus minime negligendam affirmo.
Proxime non ab re erit, si poëtis atq;
rhetoribus delectabuntur. Nam hi
quidem multa, cum pictore, habent
ornamenta communia.

Neq; parum illi quidem multarum
rerum noticia copiosi literati, ad hi-
storiæ compositionem pulchre con-
stituendam iuuabūt, quæ omnis laus
præsertim in inuentione consistit.

g , Atqui

Atqui ea quidem hanc habet uitam, ut etiam sola inuentio, sine pictura delectet. Laudatur dum legitur illa calumniæ descriptio, quam ab Apelle pictam, refert Lucianus. Eam quidem enarrare, minimè ab instituto alienum esse censeo, quòd pictores admonicantur, ciusmodi inuentionibus fabricandis aduigilare oportere.

Calumnia. Erat enim vir unus cuius aures in descriptio. gentes extabant, quem circa duxerunt stabant mulieres Inscititia, & Suspicio. parte alia ipsa Calumnia aduentans, cui forma mulierculæ speciosæ, sed quæ ipso vultu nimis callere astu vis debatur: manu sinistra faciem accentram tenens: alteram uero manu per capillos trahens adolescentem, qui manus ad cœlum tendit. Duxque huius est vir quidam pallore oblitus, deformis, truci aspectu, quem merito comparas his, quos in acie longus labor confecerit, hunc esse Liuorem merito dixere. Sunt & aliæ duæ Calumniæ comites mulieres, ornatae menta.

menta domini componentes, Insidie
& Fraus. Post has pulla & sordidissi-
ma ueste operta se se dilanians, adest
Poenitentia. Proxime sequente pudica
& uerecunda Veritate. Quae planè
historia, etiā si dum recitatur animos
tenet, quantum censes eam gratiae &
amoenitatis ex ipsa pictura, eximij pi-
ctoris, exhibuisse: Quid tres illæ iu-
uenculæ sorores, quibus Exodus im-
posuit nomina: Aglaia, Euphosine,
atq; Thalia, quas pinxere implexis
inter se manibus ridentes, soluta &
perlucida ueste ornatas. Ex quibus li-
beralitatē demonstrata esse uoluere:
quod una sororū det, alia accipiat, ter-
tia reddat beneficium. Qui quidem
gradus, in omni perfecta liberalitate,
adesse debent. Vides quam huiusmo-
di inuenta, magnā artifici laudē com-
parent: Idcirco sic cōsulo, poētis atq;
rhetoribus, cæterisq; doctis literarū,
se se pictor studiosus, familiarem atq;
beneuolum dedat. Nam ab eiusmodi
eruditis ingenij, cū ornamenta acci-

piet optima, tum in his profecto in-
uentionibus iuuabitur, quæ in pictu-
ra non ultimam sibi laudem uendi-
cent. Phydias egregius pictor, fateba-
tur se ab Homero didicisse, qua po-
tissimum maiestate Iouem pingeret.
Nostris, sic arbitror, nos etiam poë-
tis legendis, & copiosiores & emen-
datiores futuros, modo descendit stu-
diosiores fuerimus, quam lucri. Sed
plerunq; non minus studiosos, quam
cupidos, quod uiam perdescendit rei
ignorent, magis quam descendit labor
frangit. Idcirco quoniam pacto in hac
arte nos eruditos fieri oporteat, or-
diamur. Caput sit: omnes descendit
gradus, ab ipsa natura esse petendos.
Artis uero perficiendæ ratio, diligen-
tia, studio & assiduitate comparetur.
Velim quidem eos qui pingendi artē
ingrediunt, id agere, quod apud scri-
bendi instructores obseruari video.
Nam illi quidem prius omnes elemen-
torū characteres separatim edocent.
Postea uero syllabas, atque subinde
dictiones

ditiones componere instruūt. Hanc ergo rationem & nostri in pingendo sequantur. Primo ambitū superficie- rum, quasi picturæ elementa, tum & superficerū connexus. Dehinc membrorū omnium formas, distinctè edis- cant, omnesq; quæ in membris pos- sint esse differentias, memorix cōmen- dent. Nam sunt ille quidem neq; mo- dicæ neq; non insignes. Aderūt qui- bus sit nāsus gibbosus. Erunt qui ge- rant simas nares, recuruas, patulas: alijs buccas fluentes porrigūt: alios la- biorum gracilitas ornat, ac deinceps quæq; membra aliquid præcipuū ha- bent, quod cum plus aut minus adfue- rit, tunc multò totum membrū uariet. Quinetiam uidemus ut eadem mem- bra pueris nobis rotunda, & ut ita di- cam, tornata atq; leuia, ætatis uero accessu asperiora, & admodū angulata sint. Hæc igitur omnia picturæ stu- diosus, ab ipsa natura accipiet, ac secū ipse assiduo meditabitur, quonam pa- cto quæq; extent: In eaq; inuestiga- g , tione

tione continuò oculis & mente perficitur. Spectabit nanc̄ sedentis gremiu, & tibias, ut dulce in proclivum labatur. Notabit stantis faciem totam, atq̄ habitudinem. Deniq̄ nulla erit pars, cuius officium & symmetriā, ut Græci aīunt, ignoret. At ex partibus omnibus non modo similitudinē rerum, uerum etiam in primis ipsam pulchritudinē diligat. Nam est pulchritudo in pictura res non-nimis grata, quām expetita. Demetrio pictori illi prisco ad summā laudem defuit, quōd similitudinis exprimendae fuerit curiosior, quām pulchritudinis. Ergo à pulcherrimis corporibus omnes laudatæ partes, eligendæ sunt. Itaq̄ non in postremis ad pulchritudinē habendam, percipiendam atque exprimendam, studio & industria contēdendum est. Quæ res tametsi omnium difficillima sit, quōd non uno loco omnes pulchritudinis laudes comperiantur, sed rarae illæ quidem ac dispersæ sint, tamen

men in ea inuestiganda, ac perdiscenda omnis labor exponēdus est. Nam qui grauiora appræhendere, & uersare didicerit, is facile minorā poterit ex sententia. Neq; ulla est usqueadē difficultis res, quām non studio & assiduitate possis perficere. Sed quō sit studium non futile & cassum, fugienda est illa consuetudo multorum, qui suapte ingenio, ad picturæ laudem contendunt, nullam naturalē faciem eius rei oculis, aut mente corām sequentes. Hi enim non rectē pingere discunt, sed erroribus assuefiunt. Fugit enim imperitos, ea pulchritudinis Idea, quam peritissimi uix discernūt. Zeus præstantissimus & omnium doctissimus & peritissimus pictor, facturus tabulam, quam in templo Lucinæ apud Crothoniates publicè dicaret, non suo confisus ingenio temerē, ut ferè omnes hac ætate pictores, ad pingendum accessit, sed quod putabat omnia, quæ ad uenustatem quæreret.

quæreret, ea non modo proprio inge-
nio non posse, sed ne à natura quidem
petita, uno posse in corpore reperiri.
Idcirco ex omni eius urbis iuuentute
delegit uirgines quinque, forma præ-
stantiores, ut quod in quaque esset for-
mæ muliebris laudatissimum, id in pi-
ctura referret. Prudenter is quidem;
nam pictoribus nullo proposito ex-
emplari, quod imitantur, ubi ingenio
tantum pulchritudinis laudes capta-
re enitetur, facile euenit, ut eo labore
non quam debet, aut querunt pulchri-
tudinem assequantur, sed plane in ma-
los, quos uel uolentes uix possunt di-
mittere, pingendi usus dilabuntur. Qui
uerò ab ipsa natura omnia suscipere
confueuerit, is manum ita exercitatam
reddet, ut semper quicquid conetur
naturam ipsam sapiat. Quæ res, in pi-
cturis, quæ sit optanda uidemus. Nam
in historia si adsit facies cogniti alicu-
ius hominis, tametsi nonnullæ præstan-
tioris artificij emineant, cognitus ta-
men uultus omnium spectantiū ocu-
los ad

Ios ad se rapit. Tantam in se, quod sit
à natura sumptum, & gratiam & uim
habet. Ergo semp̄ quæ picturi sumus,
ea à natura sumamus, semperq; ex his
quæq; pulcherrima & dignissima de-
ligamus. Sed cauendum ne quod ple-
riq; faciunt, ea minimis tabellis pin-
gamus. Grandibus enim imaginibus
te uelim assuefalias, quæ quidē quam
proximè magnitudine, ad id quod ue-
lis efficere, accedant. Nam in paruis
simulachris maxima uitia maximè la-
tent. In magna effigie, etiam minimi
errores cōspicui sunt. Scripsit Galie-
nus uidisse se in anulo sculptū Phaē-
tontem quatuor equis uectum, quorū
frena & omnes pedes & pectora di-
stincte uidebant. Concedant pictores
hanc laudem sculptoribus gemmarū,
ipſi uero maioribus in campis laudis
uersentur. Nam qui magnas figurās
fingere aut pingere nouerit, is perfaci-
lē atq; optimè unico tractu eiusmodi
minuta poterit. Qui uero pusillis his
monilibus manū & ingenio assue-
fecerit,

fecerit, facile in maioribus aberrabit.
Sunt qui aliorū pictorum opera emul-
lentur, atq; in ea re sibi laudem quæ-
rant, quod Camalidem sculptorem fe-
cisse ferunt, qui duo pocula celauit, in
quibus Zenodorum ita æmulatus est
ut nulla in operibus differentia agno-
secretur. At pictores maximo in er-
rore uersantur, si non intelligunt, eos
qui pinxerint conatos fuisse tale simu-
lachrum repræsentare, quale nos ab
ipsa natura depictum, in uelo intue-
mur: Vel si iuuat opera aliorum imi-
tari, quod ea firmiore, quam uiuentes
patientiā ad se ostendendam præstent,
malo mediocriter sculptā, quam egre-
giè pictam rem imitādam proponas.
Nam ex pictis rebus, solum ad aliquā
similitudinem referendam, manus af-
suefacimus. Ex rebus uero sculptis, &
similitudinem, & uera lumina deduc-
cere discimus. In quibus quidem lu-
minibus colligendis, plurimum con-
fert, pilis palpebrarū aciem intuitus
subopprimere, quo illuc lumen sub-
fuscā

fusca, & quasi intercione depicta ui-
deantur. Ac fortassis conducet singen-
do exerceri, quam penniculo. Certior
enim & facilior est sculptura, quam pi-
ctura. Neq; unquā erit quispiam qui
recte possit eam rem pingere, cuius o-
mnes prominentias non cognoscat.
Prominentiae uero facilius reperiun-
tur sculptura, quam pictura. Etenim
sit hoc ad rem nō mediocre argumentum,
quod uidere liceat, quam omni-
ferè in ætate mediocres aliquos fuisse
sculptores inuenias; pictores uero pe-
nè nullos non irridendos, ac prorsus
imperitos reperies. Deniq; sine pictu-
ræ studeas siue sculpturæ, semper tibi
proponendū est elegans & singulare
aliquid exemplar, quod & species &
imiteris, in eoq; imitando diligētiā
celeritatē cōiunctā, ita adhiberi opor-
tere censeo, ut nunquam penniculum
aut stilum ad op's admoueat pictor,
quā prius mente, quid facturus, &
quomodo id perfecturus sit, optimè
constitutum habeat. Tutiū est enim
errores

errores mente leuare, quam ex opere
abradere. Tum etiam dum ex compo-
sito agere omnia cōsueuerimus, fit ut
Asclepiodoro longè proniores arti-
fices reddamur, quem quidem omniū
uelocissimū pingendo fuisse ferunt.
Nam reddit ad rem peragendā prom-
ptum, accinctum, expeditumq; inge-
nium, id quod exercitatiōe agitatum
calet. Eaç manus uelocissima sequi-
tur, quam certa ingenij ratio duxerit.
Si qui uero sunt pigrī artifices, hi pro-
fecto idcirco ita sunt, quod lente &
morose eam rem tentent, quam non
prius menti suræ, studio perspicuā ef-
fecere. Dumq; inter eas erroris tene-
bras uersantur, meticulosi ac ueluti
obcæcati penniculo, ut cæcus bacillo
ignotas vias, & exitus, prætentant ac
perquirūt. Ergo nunquam nisi præ-
vio ingenio, atq; eodem bene erudit-
to, manū ad opus admoueat. Sed cum
sit summum pictoris opus historia, in
qua quidem omnis rerū copia & ele-
gantia adesse debet, curandum est, ut
non modo

Non modo hominē, uerum & equum
& canem, & alia animātia, & res om-
nes uisu dignissimas, pulchrē pingere
quoad per ingenium id liceat, disca-
mus: quò uarietas & copia rerum, si-
ne quibus nulla laudater historia, in
nostris rebus minime desideretur.
Magnum id quidem atq; uix ulli an-
tiquorum concessum, ut omni in re
non dico præstaret, sed uel mediocri-
ter esset doctus, tamen omni studio
enitendum censeo, ne nobis negli-
gentia nostra, ea defint, quæ & lau-
dem afferūt per magnam si assequan-
tur, & uituperationē si negligantur.
Nicias Athēniensis pictor, diligen-
tissimē pinxit mulieres. At Zeufim
muliebri in corpore pingendo, plu-
rimum alijs præstítisse ferunt. Era-
clides nauibus pingendis claruit. Se-
rapion nequibat hominem pingere,
cæteras planē res pulcherrimē pingē-
bat. Dionysius nihil nisi hominē po-
terat. Alexander, is qui Pompej por-
h ticum

ticum pinxit, quadrupedes omnes,
maximeq; canes, egregie faciebat.
Aurelius, quod semper amaret, solū
deas in earumq; simulachris amatos
uultus, exprimere gaudebat. Phydias
in deorum maiestate demonstranda,
quam in hominum pulchritudine ela
borabat. Euphranori dignitatem He
roum simulare cordi admodum erat,
in eaq; re cæteros antecelluit. Itaque
cuiusq; non æqua facultas fuit. Pro
prias enim dotes natura singulis in
genijs elargita est, quibus non usque
adeò contenti esse debemus, ut quid
ultrà possimus intentatum relinquam
us, sed & naturæ dotes, industria,
studia atq; exercitio colendæ augen
dçq; sunt. Præterea nihil, quod ad lau
dem pertineat, negligētia prætermis
sum a nobis uideri debet. Cæterum
cum historiam picturi sumus, prius
diutius excogitabimus, quonam or
dine, & quibus modis eam compone
re pulcherrimum sit. Modulosq; in
chartis

chartis coniçentes, tum totam historiam, tum singulas eiusdem historiæ partes cōmentabimus, amicosq; omnes, in ea re, consulemus. Deniq; omnia apud nos ita præmeditata esse elaborabimus, ut nihil in opere futurum sit, quod non optimè qua id sit parte, locandum, intelligamus. Quóue id certius teneamus, modulos in parallelos diuidere suuabit, ut in publico opere cuncta, ueluti ex priuatís commentarijs, ducta suis sedibus collocentur. In opere uero perficiendo, eam diligētiā adhibebimus, quæ sit coniuncta celeritati agendi, quam neq; rædium à prosequendo deterreat, neque cupiditas perficiendi præcipitet. Interlaxandus interdum negotij labor est, recreandusq; animus, neque id agendum quod pleriq; faciunt, ut plura opera assūnant, hoc ordiantur, hoc inchoatum atq; imperfectum abñciant. Sed quæ cœperis opera, ea omni ex parte pfecta reddenda sunt.

h 2 Cuidam

Cuidam cum imaginē ostenderet dīcenti, hanc modo pīnxi. Respondit Apelles: te quidem tacente id sanè perspicuum est, quin & mīror, non plures huiuscmodi abs te esse pīctas. Vidi ego aliquos tum pīctores atque sculptores, tum Rhetores & Poētas, si qui, nostra ætate, aut Rhetores aut Poētæ appellandi sunt, flagrantī studio aliquid opus aggredi, qui postea dum ardor ille ingenij deferbuit, inchoatum ac rude opus deserunt, nouacq; cupiditate aliud agendi ad nouissima sese conferunt: quos ego homines profecto uitupero. Nam omnis qui sua posteris grata, & accepta fore opera cupiunt, multo antè meditari opus oportet, quod multa diligentia perfectū reddant. Siquidem non paucis in rebus ipsa diligentia grata, non minus est, quam omne ingenium. Sed uitanda est superflua illa, ut ita loquar, superstitione eorum qui dum omni uitio sua penitus carere, & nimis polita

polita esse uolunt, prius contritum opus uetustate efficiunt, quām abso-
lutm sit. Prothogenem soliti erant uituperare antiqui pictores, quod ne-
sciret manum à tabula amouere. Me-
ritò id quidem: Nam conari sanè o-
portet, ut pro ingenij uiribus, quan-
tum sat sit, diligentia rebus adhibe-
tur. Sed in omni re plus uelle quām
uel possis, uel deceat, pertinacis est in-
genij non diligentis. Ergo moderata
diligentia rebus adhibenda est, ami-
ciq; consulendi sunt: quin & in ipso
opere exequendo omnes passim spe-
ctatores recipiendi & audiendi sunt.
Sic enim pictoris opus multitudini
gratum futurum est. Ergo multitu-
dinis censuram & iudicium tum non
aspernetur, cum adhuc satisfacere opi-
nionibus liceat. Apellem aiunt post
tabulam solitum latitare, quò & ui-
fentes liberius dicere, & ipse hone-
stius uitia sui operis recitantes, audi-
ret. Nostros ergo pictores palam &

h 3 audire

audire sæpius & rogare omnes quid
sentiant uolo, quandoquidem id cum
ad certas res, tum ad gratiam pictori
aucupandam ualet. Nemo enim est
qui non sibi decorum putet, suam in
alienis laboribus sententiam profer-
re. Tum minime uerendum est, ne ui-
tuperatorum & inuidorum iudicium
laudibus pictoris quicquam possit de-
cerpere. Perspicua enim ac celeberrima
est pictoris laus, dicacemque testem
ipsum bene pictum opus habet. Ergo
omnis audiat, secumque ipse rem prius
pensaret atque emendet. Deinde cum
omnes audierit, peritioribus parcat.
Hæc habui quæ de pictura his com-
mentarijs referrē. Ea si eiusmodi sunt
ut pictoribus cōmodum atque utilita-
tem aliquam afferant, hoc potissimum
laborum meorū præmium expecto,
ut faciem meam in suis historijs pin-
gant, quo illos memores beneficij &
gratos esse, ac me artis studiosum fu-
isse posteris prædicent. Si uero expe-
ctationi-

stationibus eorum minime satisfecit,
non tamen, quod tantā aggredi rem
ausi fuerimus, uituperent. Nam si,
quod laudis est conari, id perficere no-
strum ingenium nequivit, memine-
rint tamen solere in maximis rebus
laudi esse id uoluisse quod difficilli-
mum esset. Aderunt fortasse qui no-
stra uitia emendent, & in hac præstan-
tissima & dignissima re, longè magis
quam nos possint esse pictoribus ad-
iumento, quos ego si qui futuri sint,
etiam atq; etiā precor, ut hoc munus
alacri animo ac prompto suscipiant,
in quo & ipsi ingeniuū exerceat suum,
& hanc nobilissimam artem excultissi-
mam reddant. Nos tamen hanc pal-
mam præripuisse ad uoluptatem du-
cimus, quandoquidē primi fuerimus,
qui hāc artem subtilissimā literis man-
dare studuerimus. Quod quidem sanè
difficillimū incœptū, si pro expecta-
tione legentiū perficere nequivimus,
in eo natura magis, quam nos incul-

h 4 panda

panda est, quæ hanc legem rebus imposuisse uisa est, ut nulla sit ars, quæ non à mendosis admodum initij exordium sumpserit. Simul enim ortum atque perfectum nihil esse aiunt, Qui uero nos sequentur, si qui aderant, studio & ingenio, quam nos, præstantiores, hi fortasse artem picturæ perfectam atq; absolutam reddent.

FINIS.

ERRATA.

Fol. 23.lin. 22. lege affiret. 24. 7. audiant. 46. 3. si Phydiæ. 48. 16. cōmendatum. 50. 19 Alij 40. dies habent. 64. quot. 69. 1. philosophum. 72. 2 pugilum so. 15. lege caput: ut cuiq; plus. Lege etiam ubiq; parallelos pro parallelos.

INDEX OMNIUM EORVM,

que in hisce tribus Libris notatu digna uisa
sunt diligentissimus.

A.		Anthæi gigantis corpus	
A ccidentia.	32	pag.	28
Affectiones.	80	Autormagis clare quam	
Aglaophon pictor sim=		compte loqui uoluit.	
plici colore delectatus		pag.	42
pag.	89	Apelles quomodo Anti=	
Ageſilaum uetusſe ima=		gonis facie pinxerit 76	
ginem suam pingi.	45	Apellem ad Perſcum de	
Albi coloris uis.	93	pictura cōſcripſiſſe 48	
Ad Alexandri imaginem		Apellem poſt tabula de=	
pictam quidam trepi=		pictam latitaffe 117	
daffe.	44	Apelles lineis ſe exercuit	
Alexander pictor Pom=		pag.	55
pej porticū pinxit.	113	Areola	63
Alexander Scuerus Im.		Aristides Thebanus 49	
pingendi studiøſiſſe.	50	Aristides Thebanus A=	
Angulus quid.	7	pellī propè æqualis 78	
Angulorum tria genera		Asclepiodorus uelociſſi=	
pag.	ibidem	mus omnium pingendo	
Antigonū de pictura scri		fuisse	112
psiffe	48	Avaritia aduersum eſſe	
		h s laudi	

I N D E X:

- | | | | |
|---------------------------------|-------|--|-----|
| <i>Laudi ex virtuti</i> | 53 | <i>Cinereus color</i> | 26 |
| <i>Aurelium deas solum pin-</i> | | <i>Circumscrip^{tio} picturæ</i> | 55 |
| <i>xisse</i> | 114 | <i>Circulus</i> | 6 |
| <i>Auri uis in pictura</i> | 97 | <i>Circularis linea</i> | 6 |
| | B | <i>Circulares superficies</i> | 63 |
| B <i>Asis quid</i> | 14 | <i>Cleantes inuentor pictu-</i> | |
| <i>Benevolentiam artifi-</i> | | <i>ræ artis</i> | 47 |
| <i>ci plurimū conferre ad</i> | | <i>Cleopatra uniones ace-</i> | |
| <i>laudem</i> | 110 | <i>to colliquauit</i> | 94 |
| <i>Brachiorum motus</i> | 83 | <i>Colores duos in rerū na-</i> | |
| <i>Bucephalus Alexandri</i> | | <i>tura integros quosdam</i> | |
| <i>equus</i> | C. 36 | <i>assercere</i> | 20 |
| C <i>Alumnæ pictura</i> | 102 | <i>Colorū uaria genera</i> | ib. |
| <i>Camalides sculptor,</i> | | <i>Colorū species septē</i> | 19 |
| <i>pag.</i> | 110 | <i>Colores à luminibus ua-</i> | |
| <i>Camæleon animal</i> | 15 | <i>riari</i> | 18 |
| <i>Capillorum septem mo-</i> | | <i>Colorum genera cum ra-</i> | |
| <i>tus</i> | 86 | <i>tione adhibenda</i> | 95 |
| <i>Castor ex Pollux quomo-</i> | | <i>Colorum genera</i> | 88 |
| <i>do olim picti</i> | 71 | <i>Colorum alteratores</i> | 2 |
| <i>Cassandra unus ex Ale-</i> | | <i>Cōpositio in pictura</i> | 60 |
| <i>xandri ducibus</i> | 44 | <i>Compositio</i> | 40 |
| <i>Cæsius color</i> | 20 | <i>Compositio quid</i> | 64 |
| <i>Centrica linea</i> | 6 | <i>Collineares superficies</i> | |
| <i>Centrici positio</i> | 17 | <i>pag.</i> | 26 |
| | | <i>Cœlestis</i> | |

I N D E X.

- | | | | |
|------------------------------------|-----|----------------------------------|-----|
| <i>Cœlestis color</i> | 20 | E | |
| <i>Corpus quādo uiuere dicatur</i> | 70 | <i>Raclidē pingendis na-</i> | |
| <i>Corporū compositio</i> | 72 | <i>uibus claruiſſe</i> | 113 |
| <i>Corporum motus</i> | 81 | <i>Etrusci pingendi arte so-</i> | |
| | | <i>lertiſſimi.</i> | 48 |
| | | | |
| | | D. | |
| D emetrius philosophus | | <i>Eufranor Hischinius</i> | 48 |
| de pictura | 48 | <i>Euphranorem pictorem</i> | |
| D emetrius Valerius Pha- | | in Heroum dignita- | |
| nostrati filius | 50 | te elaboranda claru- | |
| | | <i>iffe</i> | 114 |
| <i>Denzetrio pictori quid</i> | | <i>Euphranoris laus in ar-</i> | |
| defuerit | 106 | te pingendi | 77 |
| <i>Demon pictor</i> | 69 | <i>Euphranorum de colori</i> | |
| <i>Demonis laus in pictura</i> | | <i>bus scripsiffe</i> | 95 |
| pag. | 78 | <i>Euriali pulchritudo</i> | 32 |
| <i>Diameter circuli</i> | 6 | <i>Exiodius tribus adolee-</i> | |
| <i>Diameter apud Mathematicos</i> | 39 | <i>scentulis imposuit no-</i> | |
| | | <i>mina</i> | 103 |
| <i>Discendi gradus in pictu-</i> | | F | |
| <i>ra à natura petendos</i> | | <i>Abius pictor</i> | 50 |
| pag. | 104 | <i>Facies uenusta</i> | 65 |
| <i>Dionysium pictorem sol-</i> | | <i>Fimbria</i> | 5 |
| <i>lum hominem potuisse</i> | | <i>Fœminæ olim pingendi</i> | |
| <i>pingere</i> | 113 | <i>artem edictæ</i> | 52 |
| <i>Discendus semper</i> | 24 | <i>Fœminarum forma</i> | 85 |
| | | <i>Geometria</i> | |

I N D E X.

G eometria pictori mini-		r a retinenda 89	C . 90
me negligenda	101	L uminum uis	22
G iottus Etruscus pictor		M	
pag.	H 80	A rtia Varronis fi-	
H erculis proceritas 28		M lia pingendi artem	
H istoria summiū pi-		nouerat 52	
ctoris opus	112	M agnitudinis ratio ha-	
H istoria nouem aut de-		benda est 67	
cem personis peragi		L . M anilius pictor 49	
poterit	75	M anuum motus 83	
H istoriae pictura	73	M arcelli uictorie ex Si-	
H istoriae partes	64	cilia 43	
H omerus quomodo Ulys-		M eleagri defuncti histo-	
sem naufragium descri-		ria 69	
bat	76	M embrorum composi-	
		tio 66	
I		M etrodoruū pictura cla-	
I mitatio in pictura qua-		ruisse 50	
lis esse debeat	110	M otuum descriptio 81	
I ntercisionis partes	25	M ouendi septem itinera	
I ntercisio quid	56		
		p ag. 81	
L		M use nouem in gemma	
L inea recta	6	P yrrhi N 52	
L inea quid	4	N Arcissum picturæ in	
Linea perpendicularis 38		uentorē fuisse 47	
L uminum ratio in pictu-		N auis	

I N D E X.

- | | | |
|--|-----|--|
| N aus picta | 80 | Phaëthon quartus equis |
| N aturam pictura oblectari | 52 | uectus, in anulo sculptus |
| N ero pingendi studiosissimus | 50 | Philocles Aegyptius pictor |
| N icias Atheniensis pictor | 113 | fluræ inuentor |
| N icias pictor Atheniensis | 89 | Pictor optimus |
| N ympharum pictura | 96 | Pyhdias pictor |
| O culorum munera | 13 | Pictor optimus |
| O ra | 5 | Pictor sit doctus in ornatis |
| Operis partes quæ | 65 | bus liberalibus artibus |
| Orizon P | 5 | Picturæ lepor 89 (100) |
| P acuvius poëta Herculem pinxit | 50 | Pictura & sculptura cognatae res |
| Pacuvius Ennius poëta nepos ex filia | 50 | Pictor quid de coloribus |
| Pamphilus antiquissimus pictor | 102 | scire debeat |
| Parrhasius pictor | 55 | Picturam è Græcia in Italiam uenisse |
| Pericles longum habuisse caput | 76 | Pictores uitia in regum corporibus solitos fuisse emendare |
| Pes hominis | 68 | Pictura à quibus profecta. |
| | | Pictores priscos ad solem umbras circucripsiisse pag. |
| | | Pictori |

I N D E X.


- | | | | |
|-----------------------------|-----|---------------------------|----|
| Radij m ^{elij} | 15 | membris spectanda | 70 |
| Radij an ab oculo erum= | | Sphæra quid | 8 |
| pant | 10 | Statuarū multitudo pau= | |
| Radij intercepti & flexi | | eis diebus absoluta | |
| pag. | 26 | pag. | 50 |
| Radiorum species tres | 11 | Superficiei plane et con | |
| S. | | caue comparatio | 59 |
| S culptura & pictura | | Superficies quid | 5 |
| res cognatae | 50 | Superficierum uaria ge= | |
| Serapionem pictorē ne= | | nera | 20 |
| quiuisse hominem pin= | | Superficies distare inter | |
| gere | 113 | se | 20 |
| Speculi usus in pictura | | Symmetria membrorum | |
| pag. | 92 | pag. | 68 |
| Seruis pingere interdi= | | Superis quomodo coniun | |
| ctum | 51 | cti sumus | 45 |
| Signum quid | 4 | T | |
| Sitedius prætorius pi= | | Abulae pictæ incredi= | |
| ctor | 50 | bili precio uenditæ. | |
| Socrates pictura claru= | | pag. | 49 |
| isse. | 50 | Thimantes Ciclopē dor= | |
| Species in componendis | | mientem pinxisse | 34 |


F I N I S.

I N D E X.

- Pictura de Aegyptijs in
Græciā translata 47
- Picturæ rudimenta 42
- Pictoris officium 99
- Picturā tria perficere 55
- Picturam in tres partes
diuidi posse 54
- Pictura quid cōferat 45
- Picturæ utilitas 44
- Picturæ miracula 37
- Phydiam in deorum ma=
iestate demonstranda
claruisse 114
- Phydiam Iouem pinxit
pag. 45
- Phydiam ab Homero di=
cisse 104
- Pingendi ars olim fami=
liaris 51
- Pingendi ars 34
- Pingere quid 47
- Pingendi quaē potissimū
sint 79
- Picturæ honestas 47
- Pyrrhū philosophū pi=
- Etura excelluisse 50
- Poëtæ multa communia
habet cū pictoribus 102
- Principis & historiæ cō=
paratio 74
- Prothogenē nescisse ma=
num à tabula amouere
pag. 116
- Prothogenes cum Apelle
certasse 55
- Pulchritudo in picturis
res grata 106
- Punctus centricus 33
- Punctum quid 4
- Pyramis quid 14
- Q**
- Vanitas quid 11
- Quantitates quo in
superficie 12
- Quantitatum non æque
distantium ratio 30
- Qualitas in superficie 5
- R**
- Radius centricus 16
- Radiorū differentia
pag. 10. Radij







RARE

84-B

ND

28824

1130

A33

P61

Inv.#

1540

290

